Cic. Attic. Quid igitur proficis, qui anticipas eius rei molestiam,

quam triduo sciturus sis? Suet. in Tib. c. 61. Anticipare mortem.

Anticipatio, nis, verbale, { בְּנֵי kadmah. ἀναπτυξαν. GALL. Anti-

cipation. ITAL. Anticipatione. GERM. Fürkommung. HISP. Antici-

pation, obra de venir delante. ANGL. Anticipation, preventing. }

Cic. 1. de natura Deorum. Quæ est enim gens, aut quod genus ho-

minum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam

deorum, quam appellat ἐπίκλητος Epicurus, id est, anteceptam animo

rei quandam informationem: sine qua nec intelligi quicquam, nec

queri, nec disputari potest. Anticipatio à Servio dicitur figura, quæ

Græcè ἀντίκλησις. Vide Prolepsis. Alii præsumptionem vocant.

Anticītēs, ἀντικήτης, Amnis Sarmatiæ Asiaticæ, non procul à Rhombite

minore, in Maeotim influens. Strabo lib. 11.

Anticlea, ἀντίκλεα. Fuit mater Ulyssis, quæ quum duceretur ad Laertæ

nuptias, ab Sisypho latrone, Æoli filio, capit & adulteratur. Alii

dicunt quum Laertæ iam nupsisset, & ad oraculum pergeret consul-

tura, captam à Sisypho latrone, & ut multi putant, ex eo Ulyssem

concepisse. Quod Ajax apud Ovid. 13. Metam. vitio vertit Ulyssi.

& sanguine cretus

Sisyphio.

Antirāgūs, ἀντίρραγος, mons Lyciæ, Crago oppositus, teste Strabone

lib. 14.

Antīcūs, a, um, adjективum, ut posticus. Hinc veteres anticas vocabant

fores templorum, vel ædium anteriores, ut posticas posteriores, autor

est Cornutus in Pers. Sat. 1. vide Festum. Anticum veteres pro Ianua

posuere.

Anticyrā, ἀντίκυρα, Insula ad sinum adjacens Maleacum, & OEtiam mon-

tem, cuius meminit Strabo lib. 9. ubi, autore Plinio, helleborum tuti-

simum sumitur. Ovid. lib. 4. de Pont.

I, bibe, dixisse, purgantes peccata succos,

Quicquid & in tota nascitur Anticyra.

Unde quoties insanum hominem significare voluntus, Anticyra

egere: aut, Naviget Anticyras, οὐδεν εἰς Αντίκυρας, proverbialiter

dicimus. Horatius eleganter notavit adagii quasi faciem, quum ait

in Serm. Naviget Anticyras. Quibus verbis Stoicum insanum signi-

cat. Idem,

Sitribus Anticyris caput insanabile, nunquam

Tonsori Licino commiserit.

Suet. in Calig. cap. 29. } Est & Anticyra civitas iuxta Cyrham, in

Phocide regione, in Corinthium conversa sinum, ab Anticyre

quodam, Herculis ætate Capparisius ab Homero dicta. Hanc alii

Anticyrrham appellant, duplicato r. Videtur enim inde nomen ac-

cepisse, quod sita in promontorio in mare excurrente, è regione

Cyrræ.

Anticyrīcon, ἀντίκυρηκον Sesamoidis herbæ species, similis Erigeronti,

quæ in Anticyra insula crescit.

Antidea, pro antea. Liv. lib. 23. Sic, Interidea, pro interea. Glossæ, Indote-

ridia, εἰς τὸ ματέρι.

Antideo, pro anteo. Plaut. Casina, Cistellaria, & Persa.

Antidac, i. ante hac. Plaut. Amphitr. Salutare advenientem me solebas

antidac. Idem Aulul. sc. 5. a. 2. Cui in re tali subvenisti antidac.

Item, Nam tu me antidac sumimum habuisti comitem consiliis tuis.

Idem Pseud. sc. 2. a. 1. & sc. 2. a. 2.

Antidōrā, Remunerations quæ à nobis pro acceptis pecuniis vel bene-

ficiis, seu officiis redduntur. { בְּנֵי schillám. ἀντιδώρα. GALL. Recō-

pense d'un don, la pareille. ITAL. Rimuneratione, guiderdone. GERM.

Widergeltung/ ein Gegenschenk. HISP. Galardon. ANGL. The recom-

penstation of an gift. } Ulpianus tit. de petition. hereditatis: Planè si

antidora acceperunt, dicendum est eatus locupletiores factos, qua-

tenus acceperunt, velut genus quoddam hoc esset permutationis.

Antidōsis, ἀντιδόσια. Latinè Retributio: significat enim quicquid ex aduerso datur: ab ἀντιδόσιαι, retribuo.

Antidōtum, Remedium quod contra venena, aut morbos quos timemus datur, vulgo præservativum vocant. { בְּנֵי reprehēb. ἀντιδότης. GALL. Contre poison, remede contre le poison ou venin, Præservatif. ITAL. Rimedio contra veneno. GERM. Arzney wider giff. HISP. Medicina contra ponçona. ANCL. A remedie or drink against venome. } ex ἀντί διόσι, id est, Contra & do: nam contraria contrariis curantur. Quintil. lib. 7. Tyrannus suspicatus à medico suo datum sibi venenum, tordit eum. Et quum id dédiisse se negaret, accessit alterum medicum. Ille datum ei venenum dixit, sed se antidotum datum. Antidotum adversus Cæsarem. Suet. in Calig. cap. 29. Antidotum obolare. Idem ibid. c. 23. } Dicitur & Antidotus, genere fœminino. Gell. lib. 17. c. 16. Huius regis antidotus celebratissima, quæ Mithridatos vocatur.

Antifatum, præ lucro dotali: seu Antefatum IC. Ultramontanus.

|| Antigena, ὁ αντιγένης, antegenitus. Gloss. vetus. ||

Antigēnēs, ἀντιγένες. Nomen pueri rusticæ, apud Virgilium in Daph-

nide,

At tu sume pedum, quod me quum sape rogaret;

Non tulit Antigenes.

Antigēnides, ἀντιγένες, autore Suida, Thebanus musicus, tibicen. Philoxeni discipulus, qui primus calceamentis Milesiis lascivioribus usus fuisse dicitur. Huius meminit Plin. lib. 16. cap. 36. Hic etiam, ut autor est Cic. in Bruto, discipulo frumenti ad populum ait, Mihi canē & Musis. De eo vide Gellium lib. 15. & 17. Valer. lib. 3. cap. 7. Antigēriō, seu Antegeriō, veteres pro valde, & pro statim utebantur, quasi antequam res gereretur. Festus. Item pro oppidō. Fab. lib. 8. cap. 3. Antigōnē, ἀντιγόνη, OEdipidis Thebanorum regis filia, quæ patri cæcō à Creonte in exilium acto, se viæ ducem præbuit: fratribusque suis Polynici & Eteocli, mutua cæde intereūptis, contra Creontis editum, funebre officium præstitit: ob quam pietatem postea una cum Argia Polynicis conjugi iussu tyranni est interficita. Hæmon quoque nobilis adolescens, qui mutuo eius amore tenebatur, sua scæ manu ad tumulum eius iugulavit. } Fuit etiam hoc nomine una filiarum Laomedontis, quain quum formæ sue fiducia nimis arrogans reddidisset, à Iunone in ciconiam mutata est. Vide Ovid. lib. 6. Metam.

Antigōnīa, ἀντιγόνεια, oppidum Troadis, Romanorum colonia; quæ & Troas, & Alexandria dicta est. Plin. lib. 5. cap. 33. & Strabo lib. 13. Est præterea ejusdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Tegea. Plin. lib. 4. cap. 6.

Antigōnūs, ἀντιγόνος, nomen proprium regis Macedonum, qui ob multa sua in Græcos beneficia Evergetes est dictus. Nam quum Cleomenem Lacedæmoniorum regem prælio vicisset, Spartamque cepisset, militem victorem ab omni injuria continuit, pristinamque civitati libertatem restituit.

|| ANTIGRAPHÉ, rescriptio. Contraria accusatio. Item rescriptum. Scriban. ||

Antigraphus, cancellarius. In Novella 10. Cancellarius distinguitur à notariis, & dignior est illis. Hi in apertione testamentorum, quæ apud Quæstorem aperiebantur, colligeant, & exhibebant testes, & hæredes ab intestato, & legatarios, aliisque omnes qui quacunque de causa adesse debebant. Unum igitur solidum primo Cancellario dari iubet illa Novella, & duobus notariis unum pro aperiendo testamento. In legibus quoque Longobardorum cancellarii separantur à notariis, 1. 2. tit. 40. Volumus ut nullus cancellarius pro ullo iudicio aut scripto aliquid amplius atcipere audeat; nisi dimidiam libram argenti de majoribus scriptis: de minoribus autem infra dimidiam libram. Et paulò post: Notarii autem hoc iurare debent; quod nullum scriptum falsum faciant. Cancellarius est ἀντιγρόφος, notarius ἀντιγράφος.

Antigrapheūs, i. ἀντιγράφος. GALL. Contyerolleur. ITAL. Contrascritto. GERM. Insschreiber / Rentschreiber. HISP. El que debuxa sacando de otra cosa. ANGL. A contreroller. } Dicitur, cui id munus in junctum, ut observet pecuniam, quam in usum principis, vel civitatis collegent exactores. Hos Cicero Custodes appellat in oratione pro lege Agraria contra Rullum, & de redditu suo, & Ulpian. lib. 3. D. de administ. tutor. Budæus in Annotationib.

Antigráphum, ἀντιγράφον, dicebatur Antigrapheorum nota, sive diversum exemplar.

|| Antilegomena, ἀντιλεγόμενα, contradicentia. || GALL. Contredits entre les parties:

Antilēnā, { בְּנֵי chazeb. ἀντιλεγόμενοι. GALL. Poitrail de cheval. ITAL. Pettorale. GERM. Ein brustiemen. HISP. Petral de bestias. ANGL. A peitrel for an horse. } Qua pectus iumenti cingitur: sicut Postilena, quæ sub cauda ponitur.

quit, pro omnibus. Hæc Cicero. De eodem Plutarchus in *Lysandro*. Hic aggressus belli Thebani materiam, vigesimumquartum volumen implevit antequam duces Thebas usque produceret. ¶ Antimachos quoque alios duos Suidas ponit, alterum Ægyptium, patria Hieropolitanum, qui Cosmopœiam heroico carmine conscripsit: alterum poëtam Melicum cognomento Psecam. ¶ Fuit item præter hos etiam alius Antimachus Troianus, qui donis Alexandri, auroque corruptus, impedimento fuit, quominus Helena redderetur: quin pro concione Troianos hortatus est, ne Menelaum, dum legatus ad eos in urbem venisset cum Ulysses, redire ad suos sinerent: sed in urbe aſſervarent, trucidarentque, Hom. autore lib. *Iliad.* 11. Plaut. *Aul. sc. 6. a. 3.* Antimachus pater Lyconidis.

¶ Antimathon, contra mortem, ab ἀρτι contra, & טורת moth mors, Hebr. ¶

Antimelon. { דודני dudhaim. ἀριμανος. GALL. Mandragore. ITAL. Mandragora. HISP. Mandragola. ANGL. A mandragore. } Herba est Dioscoridi, quam alio nomine Mandragoram appellamus.

Antimensia sunt, quæ hodie nobis dicuntur Aræ, id est, quadræ marmoreæ, quæ serviunt loco sacrarum mensarum.

¶ Antimeria, ἀριμερια, partis unius pro alia positio, ab ἀρτι pro, & μέρος pars: Nomen figura apud Grammaticos.

Antimetabolē, ἀριμεταβολη. Latinè dici potest, Ex adverso mutatio: figura quæ verba declinata repetuntur: ut, Non ut edam vivo, sed ut vivamedo.

¶ Antimonium, aliter Stibium, quod vide.

Antinaulum, census nautis impositus ab Alexio Comneno. Nicetas, Buleng. ¶

Antinomia, ἀρινομια, duarum legum dissidium, pugna. Quint. lib. 7. cap. 8. Proximum est de legibus contrariis dicere: quia inter omnes artium scriptores constat, in antinomia duos esse scripti & voluntatis status, &c.

Antinoëa, ἀρινοëa, Stephano urbs Ægypti, ita dicta ab Antinoo Adiani amasio, ut scribit Hieronymus in *Isaianum*.

Antinopolis. Urbs.

Antinous, ἀρινος, nomen unius ex procis Penelopes, apud Ovid. in epist. *Penelopes*. ¶ Fuit præterea Antinous puer quidam Bithynicus, tanta formæ elegantia ut Adrianus Cæsar, qui illum adamabat, templum ei apud Mantineam construxerit, & urbem quandam Ægypti Antinoeam à nomine eius appellaverit. Hæc Pausanias.

Antiöchia. { חמאת chamath. ar. 675. } Syria urbs est, ad Orontem fluviū sita, totius regionis caput, à Seleuco Nicanore condita, & à patris sui nomine Antiochia appellata, ut tradit Strabo lib. 1. §. Stephanus Byzantius duodecim alias enumerat ejusdem nominis urbes, quarum unam collocat in Lydia, & ab Antiocho Epiphane ita nominatam existimat. ¶ Alteram in Mesopotamia, quæ & Mygdonia, & Asibe appellatur: in qua Apollophanes Stoicus, & Pharnuchus Persicæ historiæ scriptor nati dicuntur, vulgo Aleppa. ¶ Tertiam in Pisidia constituit, cuius meminit & Strabo lib. 12. ¶ Quartam inter cavam Syriam & Arabiam, Semiramidis opus. ¶ Quintam in Cilicia, ad Pyramum fluvium. ¶ Sextam in Pieria, quæ & Arados à Syris appellatur. ¶ Septimam ad Callirhoem lacum. ¶ Octavam ad Taurum montem, in Comagena regione. ¶ Nonam in Scythia. ¶ Decimam in Caria, quæ & Pythopolis fuit appellata. ¶ Undecimam in Mægiana, ab Antiocho Sotere conditam. ¶ Duodecimam eandem facit cum Taso Ciliciæ oppido. Hinc Antiochenus, & Antiochenis, ἀρινος, & ἀριδεια, &c.

Antiöchus, ἀριοχος. Nomen secundi regis Syriæ, Seleuci filii, huius nominis primi, qui Soter cognominatus est, & regnavit annis XX. ¶ Secundus Antiochus, huius filius, dictus Achios, regnavit annis XX. veneno ab uxore Laodicæa extinctus. ¶ Tertius Antiochus Galericus. ¶ Antiochus quartus, Rex, cognomento Magnus, regnavit annis XXXVI. Dictus est etiam Hierax, quod accipitris more in rapiebris alienis vitam duceret. Hic Ptolemaeum Philometorem prælio superavit. ¶ Quintus Antiochus Syriæ rex, dictus nobilis, sive illustris, qui regnavit annis XI. Hic Hierosolymam destruxit, & multa mala intulit Iudeis. ¶ Sextus Antiochus Syriæ & Asiae rex, dictus est Eupator. ¶ Fuit & alius Antiochus Ascalonita, Philosophus, Ciceronis Brutique præceptor. Anthiocum bellum, Patric. lib. 2.

Antiopæ, ἀριοπαι, Nyctæ filia fuit, & uxor Lyci Thebanorum regis. Hanc quum Iupiter in Satyrum mutatus compressiſſet, Lycus repudiavit, uxorēmque Dirce superinduxit, quæ Antiopam in carcерem conjecit. Verū instante partus tempore, illa ruptis vinculis in Cithæronem montem se recepit, ubi & Amphionem & Zetum peperit: qui à pastoribus inventi & educati, maternæ injuriæ ultores extiterunt, Lycus cum Dirce uxore interfecto. Unde locus factus Proverbio, Antiopæ luctus, Ανθίωνος γάλος. Dici consuevit ubi quis immerens calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Alii paulò aliter tradunt hanc fabulam, Lycum non maritum Antiopæ, sed fratrem Nyctæi.

¶ Antios, i.e. excruciator. Fest.

Antiosa, ἀριοσια, id est saltatrix. Gloss. Item Antium τάξις, ἀριστα: qui genit. ab antes. Ergo ab ordine virium positarum saltatio. ¶

Antipagenta, vide *Antipagenta*. In Festo legitur antipagenta.

Antiparastasis, ἀριπαραστασις, figura est frequens Demostheni & Ciceroni, habens confessionem quandam conjunctam cum majore infestatione. Sic Demosthenes adversus Leptinem, ubi docuit etiam apud maiores in usu fuisse, ut viris fortibus præmia persolverentur, postea ostendit, se sine cause detrimento, ejus contrarium posse confiteri, neque ex eo sequi, immunitates illa aetate viris de republica benemeritis concessas, sine manifesta aliqua culpa esse eripiendas, nisi ostenderet adversarius, idem quoque à majoribus esse factitatum. Sic etiam Cic. in *Orat. pro Rabirio Posthumo*, ubi ostendit falsum esse, Rabirii manu occisum esse Saturninum, subdit: Si integrum sibi esset, libentissime se hoc confessurum, & meritum eo nomine præmium periturum, quod civem seditionis è medio sustulisset.

¶ Antipascha, septimana secunda post Pascha Pentecostarum. Lex. gr. b. ¶

Antipatér, ἀριπατερ, nomen proprium poëtae Sidonii, seu ex Tyro Phœnices, Stoicæ sectæ, qui post Panætium de officiis scripsit. Hic quo die natus fuit, codem quotannis febre laboravit. Et quum diu vixisset, postquam ætatis suæ tempus destinatum appropinquasset, eo die & codem morbi genere consumptus est. Hic Antipater nobili epigrammate in *Sappho*, decimam inter Musas eam cooptat. Extempore innumerabiles penè versus faciebat, ut testantur Cicero & Quintilianus. ¶ Antipater alius, Iolai filius fuit, è Paliura civitate Macedonia, miles Philippi, dcinde inter Alexandri duces, & regni successores, discipulus & ipse Aristotelis, vir præter scientiam rei militaris litteratissimus, ut tradit Suidas. De hoc Antipatro sic scribit Plutarchus: Antipater successor Alexandri in regno Macedoniæ, post bellum Atheniensibus illatum, legatis ad eum de pace venientibus, quorum princeps erat Xenocrates, respondit se in amicitia permansum, si sibi Demosthenes, & Hyperides dederent: si eius præsidium in Munichiam, id est, Athenarum arcem recepissent: si denique absuntam in eo bello pecuniam, acceptaque damna resarcirent. Quibus illi conditionibus consenserunt. ¶ Item Antipater Tyrius, Philosophus Stoicus, & Catonis Uticensis præceptor, ut author est Plutarch. in *Cat.* ¶ Alius item Tarsensis philosophus, ut idem author est. ¶ Fuit præterea Antipater Herodis regis pater, Ascalonita, vir maximus, & potentia præditus: de quo Volaterranus in *historia Hierosolymitana*. ¶ Fuit & Antipater Hieropolitanus, Sophista nobilis, præceptor liberorum Severi principis, cuius etiam res gestas scripsit, ac eidem magister epítolarum fuit, ut est autor Philostratus. ¶ Fuere & alii eius nominis, inter quos fuit Cassandri Macedonum regis filius.

Antipatēs, ἀριπατης, gemmæ nigrae species, non translucentis, quæ in laete decocta, id myrræ simile facit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Antipatīa, ἀριπατīa, naturalis rerum differentia, sive repugnantia: ad verbum sonat contrapassionem, cui opponitur Sympathia, συμπάθεια, quæ mutuam quandam rerum inter se cognitionem significat. Plin. lib. 32. cap. 2. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est venenatus unquam, quam in mari pastinaca. Idem lib. 34. cap. 15. A rubigine vindicatur cerussa & gypso, & liquida pisce. Hæc est temperatura, à Græcis antipathia dicta. Est igitur antipathia inter ea, quæ veluti naturali quadam odio inter se disident, ut bræfæca antipathiam quandam habet cum vite. Contra ostrea & concha sympathiam habent, quod plenilunio plenæ sint, & decrescente luna decrescant.

Antipelargēsis, & Antipelagos, sive Antipelargia, Remuneratio, mutua beneficiorum compensatio. { שיל השיל. ἀριπελαργος, ἀριπελαργων. GALL. Recompense, la pareille. ITAL. Retribuzione de benefici. GERM. Widergästung der empfangen gutthaten. HISP. Retribucion del bien hecho. ANGL. The lyk recompensation. } Græci enim ἀριπελαργεῖς vocant, de nobis benemeritis officiorum vicissitudine respondere. Sumpta est metaphora à ciconiis, quas illi πελαργοι vocant. Illis enim naturalis quedam pietas insita est, quæ parentes senio defectos alunt, & quum sub hyemem mutanda sedes est, eos inter se medios recipiunt, & deficienteis alis sustinent. Quod etiam Latini quidam ad imitationem Græcorum Ciconia vocaverunt.

¶ Antipelargia, ἀριπελαργια, beneficii relatio. ¶

Antipēristis, ἀριπεριστος, Latinè circumobſistentia, reciproca compreſſio undique circumfusa, per quam ubi calidum est, inde frigus expellitur: ubi frigidum est, inde calor expellitur. Hinc putci per hibernum tempus calent, quia illò se calor contulit, cedens frigori superiora possidenti.

¶ Antiphaxis figura, ἀριφάνε, ut antiphaxis, ab ἀριφαι contradico. ¶

Antiphatēs, ἀριφατης, Rex fuit Læstrygonum, Melampodis, seu ut alii volunt, Lami filius, qui Formiarum oppidum condidit. Hic cum ceteris Læstrygonibus humana carne vescebatur. Politianus,

Et *Lamium Antiphaten*, & *virgam*, & *pocula Circæs*.

Dicitur & Antiphatus, alius filius nothus Sarpedonis, ut est apud Virg. lib. 9.

Et primum *Antiphaten*, is enim se primus agebat
Thebana de gente nothum Sarpedonis alti.

Hic Ænam in Italiam sequutus, à Turno Rutulorum rege occisus est.

Antiphellus, ἀριφελος, oppidum Lyciæ apud Plin. lib. 5. c. 27.

Antipherna, ἀριփרנה, junclo ex ἀρτι, & φερνη, nomine: dicuntur apud Iurisconsultos ea, quæ maritus constante matrimonio uxori sue quasi remunerandæ dotis causa largitur. Hotom. ex Codice Iuris.

Antiphon, ἀριφων, Rhamnusius orator antiquus, Athenis præcepta dicens tradidit, teste Quintiliano: quo neminem melius oravisse causam capit, quum se ipse defendaret, locuples est author Thuc. lib. 9. huius meminit Cicero in *Bruno*.

Antiphis, ἀριփיס, Priami filius ex Hecuba, quem Agamemnon una cum Iso fratre, sed illegitimo thoro nato, in bello Trojano interfecit. ¶ Antiphus, filius Theſſali, & nepos Herculis, qui cum fratre Philippo dux triginta navium cum aliis Græcis ad Trojam navigavit, ut est apud Hom. lib. *Iliad.* 2.

Antiphōnā, ἀριփон. Vox reciproca duobus choris alternatim psallenibus. Antiphonas Græci primi composuerunt, & apud Latinos sanctus Ambrosius instituit. Ex hinc in cunctis regionibus Occiduis usus increbuit.

Antiphāſis, ἀριփաſis, Sermo per contrarium intelligendus, ut Parcæ, quia nemini parcent. Sic Manes, quod non sint boni: Manum enim antiqui bonum dicebant.

Antipodes, ἀριփодес, dicuntur terræ incolæ, qui contra nos positi sunt contrariis vestigiis, vel qui aduersa nobis, ut Cicero loquitur, urgent vestigia. Cic. 4. Acad. Nonne etiam dicitis esse è regione nobis è contraria parte terræ, qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodes vocatis? Declinatur Antipus, tipodis, vel antipodos. De his copioso Ioachimus Vadianus in *Melan*.

Antipōlis, ἀριփолис, apud Ptol. urbis nomen est in Gallia Narbonensi, Galli pauculis literis immutatis, etiam hodie *Antiblam* vocant.

Antipōphōri,

Atpōphōrā, vide *Antypophora*.

Antītōsīs, ἀριστός, figura est quando casus pro casu ponitur: tit, Urbe quam statuo vestra est. Componitur enim ex a: pro, & nā-
vis casus, à nāla, cado.

Antipyrgus, ἀρίνης, urbs Libye est Marmarice, quæ eadem esse creditur, quam vulgo *Lugo* vocant.

Antīqyūs, *vetus*, priscus, ab Ante & ævum, ut Varroni placet. { קָרְטָן קָדָמָן, प्रिं बातिक, οὐσία jaschisch. יָמָן, παλαιός. GALL. An-
cien, antique, vieux ou vieil. ITAL. Antico. GERM. Alt. Hisp. Anti-
guo o viejo. ANCL. Ancient, olde. } Virg. Georg.

Antiquasque domos avium.

Vir antiquus & gravis. Velleius. Plaut. Mostell. sc. 2. a. i. Scelus iam diu factum antiquum & *vetus*. Antiquum adeò id nunc factum invenimus. Item, Alcmenam Iupiter redigit antiquam coniugis in concordiam. Idem Amph. sc. 2. a. i. Cum uxore antiqua in gratiam redi. Ibid. sc. 1. a. 5. Antiquis adolescentis moribus. Idem Capt. sc. 2. a. i. Antiquum poëtam audivi scripsisse. Idem Cura. sc. 1. a. 5. Amicitia est antiqua (mihi cum illo.) Idem Pseud. sc. 1. a. i. Fricari se ex antiquo volunt. Idem Pseud. sc. 7. a. 4. (i. de more veteri.)

Iam mihi canities, pulsis melioribus annis,
Venerat, antiquas misericordias que comas.

Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Rugáque in antiqua fronte senilis erit.

Idem Eleg. 7. lib. 3. Trist.

Neque prius, neque antiquius habuit. Velleius. Quoniam vero quæ antiquiora sunt, ferè meliora esse consueverunt, ut mores, vinum, & similia; factum est, ut antiquum pro probro, bono, & simplici dicamus. Terent. in Andr. Pol Crato hospes, antiquum obtines. Cicero. pro Sext. Rose. In qua muliere vestigia antiqui officii remanent. Sic & antiquius dicimus pro meliore, chariore, potiore, ἀπειρόποτος, περιποτήρος. Cicer. ad Attic. lib. 1. Nihil mihi antiquius nostra amicitia est. Idem 1. de Invent. Qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est. ¶ Antiqui homines, pro optimis & probatissimis. Idem pro Rose. Amerino. Usque adeò autem ille pertinuerat, ut mori inallet quād de his rebus Syllam doceri. Homines antiqui, qui ex sua natura ceteros fingerēt. ¶ Antiquus etiam dicitur, qui nobis ex longo & diurno tempore conjunctus est, ut Antiquus amicus, antiquus hospes. Plaut. Bacchid. ¶ Antiquum pro Pristino. Terent. Adelph. Eandem illam rationem antiquam obtine. ¶ Antiquos pro Iudais accipit Chrysol. serm. 38. ¶ Proverbialiter dicimus, Per antiquum diem, Διὰ τακτικὰ ἡμέρας, de re admodum obsoleta, priscaque. Refertur à Diogeniano. Finitimum illi, quod hodie non inscitè iactatur in scholis Philosophorum, Magno Platonis anno. ¶ Antiquus tamen, & Vetus, ita à Corn. Frontone distinguuntur in differ. vocab. ut Antiquum dicatur id, quod memoriam etiam Patrum excessit: Vetus vero id, quod multorum annorum est, aut mensium.

Antiquāfūs, a, um, qui verba ab usu remota, & commentarios Pontificum, & vetustissima scđera, & exoletos scrutatur autores, ut ex his contrahat, quæ non intelligantur, utque quedam solus scire videatur. { φάνερος. GALL. Chrœux de l'antiquité. ITAL. Amatore
de l'antiquità. GERM. Das mit fleiß alte wort braucht/ die nie
mands versteht. Hisp. Amador de las antiguedades. ANGL. A fa-
vor of antiquitie. } Juvenal. Satyr. 6.

Ignorosque mihi tenet antiquaria versus.

Suet. in August. Cacozelos & antiquarios pari studio sprevit.

Antiquitās, vetustas. { מִקְדָּשׁ kédhem, ἀρχαιός. GALL. Antiquité, an-
cieneté. ITAL. Antiquità, vecchiaza. GERM. Die alte. Hisp. Anti-
quedad o vejez. ANGL. Antiquitie, ancietie. } Cic. 1. de Finib.
Quod quād magnum sit, sicut veterum fabulae declarant, in quibus tam fabulis multis, tamque variis ab ultima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiuntur. Antiquitates Rom. Gell. cap. 12.
lib. 23. Multæ antiquitatis homo, Virg. Senec. cap. 17. de Consol. ad
Helv. Si illi simplex antiquitas contigisset. ¶ Antiquitas, pro ipsis
antiquis. Plin. lib. 12. cap. 19. Cinnamomum & cassia fabulosa nar-
tavit antiquitas. ¶ Item in alio significatu accipitur apud Salustium,
Servio teste: Tantum antiquitatis, curæque majoribus pro Italica
genti fuit, id est, antiqui & præcipui amoris, sive charitatis, ab eo
quod est antiquum pro charo.

Antiquitūs, { מִקְדָּשׁ mikdhem, ἀρχεῖος, μὲν αὐ. GALL. Ancienne-
ment, d'ancienneté. ITAL. Per il passato & anticamente. GERM.
Von alter her/ Von alten zeiten her. Hisp. Antigua y viejamente.
ANGL. In old tynes. } Idem quod olim, vel temporum antiquorum. Cæl. lib. 6. bell. Gall. Quod summa autoritas antiquitus erat
in Heduis. ¶ Antiquitus, i. ex omni antiquitate. Cæsar lib. 2. de
bell. ciu.

Antīqyō, as, Aboleo, abrogō, irritum facio. { בְּלִי billah, יְרַחַם hesir,
רַיְבָּה biker. ἀπαγγείω, ἀπομείχω. GALL. Abolir, mettre hors d'usage,
descrier. ITAL. Vetare, cancellare, indebilire, far vano. GERM.
Abhüng/ hinweg thun/ Untreßig machen. Hisp. Quitar de uso lo
antiguo. ANGL. To abolish, to put out of use. } Unde legem antiquam
dicimus, quan populus suffragiis suis improbabit, nec perferri
possit. Abrogatam autem dicimus legem, quæ quā accepta fuerit,
& perlata, postea contraria lege fuerit sublata. Livius, Omnia
rerum causa vobis antiquandas censeo istas rogationes. Cic. 3. de
leg. Vos item, ut video, legem antiquas sine tabella. ¶ Sed apud
Festum Antiquare est in morem pristinum reducere, hoc est, nihil in-
novare, & in antiquo, seu primo statu relinquere.

Antiquātō, onis, verbale, Abolitio, abrogatio. { בְּלִי beli, διαπλάνωσις,
ἀπαγγείωσις. GALL. Descriement, abolition. ITAL. Scancellamento.
GERM. Abstellung/castierung. Hisp. Quitamiento del antiguo. ANGL.
Abolishing putting out of use. } Gell. Facta mox est antiquatio
legis.

Antiquè, adverb. Hoc est, ad morem antiquorum: ut, Antiquè dictum.
{ מִקְדָּשׁ chekhem. παλαιός. GALL. Antiquement, à la maniere
antique. ITAL. Anticamente. GERM. Xuff alte gattung/Altfrisch.
Hisp. Antigua y viejamente. ANGL. anciently, after the manner of
the ancienness. } Horatius 2. ep. 1.

Si quadam minus antiquè, si pleraque dñe

Dicere credat eos.

Antīrrhūm, ἀριστός, Promontorium est Ætoliae, situm ad ipsum sinu Corinthiaci ostium, è regione Rhii, quod est Achaiae promontorium, ab Antirrhio septem tantum stadiorum fretu divisum. Thucydides utrumque Rhium appellat, cognominibus tantum ea distinguens. Nam quod in Peloponneso est, Achaicum cognominat: alterum Molycicum, à vicina urbe Molycria.

Anthīrrhīnum, ἀριστός, herba est eadem cum illa, quam suprà Anarhīnon appellavimus, de quo vide Plin. lib. 25. cap. 10. & ea quæ suprà annotavimus in dictione *Anarrhīnon*.

Anisagittator, ἀριστός, dux sagittariorum, sive levis armaturæ: Leo const. 3. vocat etiam δρυμοπάτην. & δρυμέτην.

Antiscorodon, ἀριστός. Herba est ex generibus allii, quæ & Ulpicum, & Allium Cyprium appellatur. Vide Plin. lib. 19. cap. 6.

Antiphōstes, α, ἀριστός. Quintil. Urbanèque Virginius interrogavit de quodam suo antisophiste, quod millia pallium declamasset.

¶ Antispastus, ἀριστός, in contrarium abstractus. In poëtica est p̄s
confans prima brevi, secunda & tertia longis, & quarta brevi: ut
Αἰξαντός: αἰξαντός est in contrarium partem traho. ||

Antispoda, sive Antispodia, ἀριστός. Diolcotidi, αἰξαντός Galeno, vo-
cantur à medicis omnia ea, quæ eandem cum spodio habent facultatem, quæque in spodii inopia pro eo possunt supponi. Quid autem sit Spodus, sive Spodium, vide suo loco.

Antismōs, quod hic corrupte legebatur, vide *Asteismos*.

Antīsā, ἀριστός. Stephano, Lcibi insulae oppidum est, ex quo Terpan-
der nobilis Cirharœdus originem traxit. Gentile Antīsā, α-
ριστός.

Antistis, figura, cum idem repetitur contrario sensu. ¶ Itēn relucta-
tio, resistentia. Antistatus, us, eminentia. Tertull. ||

ANTISTĒS, itis, ex Ante & sto, tam foeminini, quam masculini generis;
à verbo antiquo Antisto, pro antesto, quod ceteris antestet, id est, ex-
cellat. Primarius unius templi sacerdos. { וְאֶתְנָה תְּחִזְקֵן harōsh,
רִקְבָּה pakid, רִקְבָּה nagidh, αριστόν ἡ προσάρτη. GALL. Premier entre
les autres, Prelat, President. ITAL. Antistite, presidente. GERM. Ein
Vorsieder/ ein Prelat. Hisp. Prelado, Presidente. ANGL. A bis hopen
Prelat, a President. } Ovid. 4. de Pont.

Non sicut illa sui vanas Antistitis unquam

Esse preces.

Idem Eleg. ult. lib. 3. Trist.

Cultor & antistes doctorum sancte virorum.

Gell. cap. 4. lib. 14. Iustitia antistes, iudex est. Livius 1. ab Urbe. Poti-
tii ab Evandro edocti, antistites sacri ejus per multas aetas fuerunt.
Valer. lib. 1. Ne deae vetustis titibus perita deeslet antistes. ¶ Per
translationem vero Antistes dicitur, qui in realia excellit, atque
principatum tenet. Unde Servius Sulpitius, Quint. teste lib. 12. c. 1.
Iutris antistes appellatus est. Item Plato sapientia antistes.

Antistitā, x, { αριστάς. GALL. Abesse, qui a charge des choses saintes:
ITAL. Abadessa, à prioressa. GERM. Ein vorstender/ als ein Priorin/
oder abtissin. Hisp. Muger prelada, à abadessa. ANGL. An abesse. }
Gell. lib. 13. cap. 19. Sacerdotes quoque foeminas M. Cic. Antistitas
dicit: Sacerdotes, inquit, Cereris atque illius fani antistite. Sic enim
locus in Verrem, quem hinc citat Gell. legendus est, præter Gellium
etiam Prisciano autore. Antistita item apud Varro, Polionem, Severum,
teste Charit. lib. 1. Ovid. 13. Metam.

— Antistita Phœbi.

Antistitūlum, Excellentia, Antistitis dignitas. { פְּקַדְּדָה. ἀριστό-
σια. GALL. Eminence, excellence. ITAL. Excellentia. GERM. Süttreffens-
heit. Hisp. Prelacia. ANGL. The prelatis dignitie. } Marcianus Ca-
pella, Antistitio præcminebat Athanasius.

Antistititor, Praeses, p̄fectus, quasi antestatot. { שְׁחֹטֵר, נִשְׁׁוֹן
nasi. imērās. GALL. Le maître de l'œuvre. ITAL. Presidente, pre-
fetto. GERM. Ein fürgesetzter/ vorstender. Hisp. Prelado, presidente.
ANGL. A president, the master o any worke. } Colum. lib. 4. Neque
enim singulis totidem antistitores possit dare, qui observent, quique
præcipiant, ne acerbæ uvæ demetantur. Nonnulli tamen hic legunt
Antistites.

Antisthēnes, ἀριστός, Socratus philosophus, acutus magis, quād
eruditus, præceptor Diogenis. Hic quum magno auditorum concur-
su docuisset Rheticam, auditu Socrate, dixisse fertur ad discipulos,
Abite, & magistrum querite: ego enim iam reperi, statimque quæ
habebat, publicè distributis, nihil sibi præter palliolum reservavit.
Patientiam, & duritiam in Socratico sermoni adamauit, ut scribit Cicer.
lib. 2. de Orat. ad Q. frat. ¶ Fuere item alii tres eodem nomine:
unus è schola Heracliti, alias Ephesius, tertius Rhodius historicus,
ut tradit Diogenes Laertius.

Antistro, as, are, antiquum verbum, pro antesto, id est, antecello. { שְׁחֹטֵר,
חֲתָרָה, בְּחַזְקָה bohir. ἀριστός. GALL. Presider. ITAL. Essere presiden-
te. GERM. Ein fürgesetzter oder vorstender sein. Hisp. Ser presidente
en alguna dignidad. ANGL. To have preeminence. } Cato c. 156.
Brassica est, quæ omnibus oleribus antistat. Lucret. lib. 5.

Herculis antistare autem si facta putabis,

Longius à vera multò ratione ferere.

¶ Item Antistitem agere. Tertul. ||

Antistēchon, ἀριστός, literarum permutatio, quum scilicet litera pro
litera collocatur: ab αρι, pro, & στέχος, elementum: ut Sella pro
sedda, & Magalia pro magaria, l pro: nam Magal pro Magar dicitur,
qui Pœnorum lingua villam designat.

Antistrophē, ἀντιστροφή, dicitur quum inter conjuncta duo quæ à se
mutuo pendeant, sit alterna conversio: ut Servus domini, & Domini
nisi servi. ¶ Lyricis autem poëtis Antistrophe est saltationis genus
quo modò in dextram, modò in sinistram choros agerent, ac revo-
carent.

¶ Antithalamus, cubiculum minus, thalamo vicinum, ubi famulitium
dormit: ab αρι & στέχος, alias Proscætum. ||

Antitaurus, ἀρινταύρος, Tauri montis pars est, reliquis Tauri partibus op-
pōsa;

posita: insignis olim Comana civitate, & Bellone fano. Strab. lib. 11.
¶ 12. Antithesis, Color rhetorius, quum contraria contrariis opponuntur. Quint. Contentionem vocat.

Antitheton, αντίθετον. Figura est, quum contrariis opponuntur contraria, ut apud Ovid. 1. Metam.

Frigida pugnabant calidis, bumentia fecis,
Mollia cum duri, sine pondere habentia pondus.

Persius,

— criminis ratis
Librat in antithetis, doctas posuisse figuris
Laudatur.

Cicer. ad Brutum, Semper haec quae Græci antitheta nominant, quum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorum necessitate efficiunt.

Antistrephon. Gell. cap. ult. lib. 9.

Antitypum, ἀντίτυπον, Latine exemplar similis formæ, vel contrarium.

Antivestrum, Promontorium Britanniæ, quod etiam dicitur Bolcium, apud Ptolomæum, Diodoro Bellenum, vulgo S. Burien, in Cornuba, seu Cornavalia.

Antium, ἄντιον, vulgo Nettuno. Urbs Latii, Volsorium caput, Romanorum colonia: dictum, quod ante alias urbes in ipso littore sit ad otium rerumque urbanarum variationem accommodata. Habebat haec urbs celeberrimum Fortunæ templum. Horat. 1. Carm. O diva gratum quæ regis Antium. Sueton. in Calig. cap. 57. Antiatinæ sortes. ¶ Hinc Antiates dicti sunt urbis huius incolæ: de quibus vide supra suo loco.

Antlare, αντλαῖαι, vetustissimi dicebant pro haurire, verbo à Græcis mutato. Livius Andronicus, Florem antlabant liberi ex carchefisi. ¶ Hinc Exantlare, exhaustire, de quo infra.

Antlæ, æ, machina ad hauriendam aquam. { בָּנְשׁוֹת mascheab. αντλία. GALL. Un engin à tirer de l'eau. ITAL. Instrumento con che si cava aqua. GER. Ein instrument damit man wasser schöpft. HISP. Anoria para sacar agua. ANGL. A ninge to draw water. } Nam ἀντλία, Latinis haurire est. Martial. lib. 6.

Curva laboratas antlia tollit aquas.

Et Fest. Antlare, haurire: à Græco ἀντλία, id est, haurio. Liv. Florem antlabant liberi ex carchefisi.

Antoēcī, ἀντοέσι, populi trans æquinoctialem habitantes circulum, tótque graduum latitudine ab eodem Austrum versus distantes, quoniam versus Septentrionem. Ita dicti, quod zonam nobis non contraria, ut Antipodes, sed diversam incolant. { GER. M. Die gegenwohner des Erdreichs/ doch nit also das ire füß gentzlich gegen unsrer gewend sein. }

Anton, Herculis filius. Unde Antonii, Plutar. in Antonio.

Antōniūs, cognomento Pius, Romanorum Imperator, qui Ælio Adriano successit. Hic quum filium non haberet, M. Antonium Philosopum adoptavit, cùmque moriens Imperii successorem reliquit. ¶ Fuit & Antoninus cognomine Caracalla, qui post Severum Romanum tenuit Imperium. Alius præterea cognomento Heliogabalus, qui Opilio Macrino succedit.

Antōniūs, ἀντόνιος, nomen viri proprium. Antoniorum familia Romæ nobilissima, vetustissimaque fuit, utpote quæ ab Antone Herculis filio & nominata & oriunda proditur.

Antōniūs Gynpho, ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & à nutritore suo manumisitus Romæ docuit Rhetoricam & poëmatam, in domo Iulii Cæsaris pueri adhuc. Cuius etiam scholam Cicero & alii nonnulli clari adolescentuli frequentasse dicuntur. Fuit aliqui miti facilius natura, nec unquam aliquid de mercedibus paetus, cùque plura ex discentium liberalitate consequutus est. Vixit annos quinquaginta. Ex Tranquillo.

Antōniūs Musa, Medicus fuit Augusti temporibus, qui Cæsarem periculosissime ægrotantem, portu balneisque frigidis sanitati restituit. De hoc Plin. lib. 19. cap. 1. & Horat. lib. 1. epist.

M. Antonius orator, Triumviri avus, de quo scribit Cicero in Bruto: Nunc ad Antonium Crassumque pervenimus. Nam ego sic existimo, hos oratores fuisse maximos, & in his primùm cum Græcorum gloria Latinè dicendi copiam æquatam. Omnia veniebant Antonio in mentem: eaque suo quæque loco, ubi plurimùm proficere & valere possent, ut ab Imperatore equites, pedites, levis armatura, sic ab illo in maximè opportuni orationis partibus collocabantur. Erat memoria summa, nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur: sed ita erat paratus, ut iudices illo dicente nonnunquam viderentur non satis parati ad cavendum fuisse. Verba ipsa non illa quidem elegantiissimo fuerunt sermone, itaque diligenter loquendi laude caruit, neque tamen est admodum inquinatè loquutus: imperfectus est à Mariana factione, unà cum plurimis aliis clarissimis civibus, quorum capita in rostris peperdere. De huius M. Antonii oratoris vita; legendus Plutar. in Mario. Antonii autem ab Antone Herculis filio, Plutar. in Antonio. ¶ Huius filii M. & C. Antonii fuere: quorum M. Antonius gratiâ Cotta consulis, Cethegi factione in Senatu curationem rei frumentariae & totius oræ maritimæ nactus, Siciliam & provincias omnes depopulatus est. Et ad postremum inferens Cretensibus bellum, ibi morbo interiit. Hunc Salustius ait perdendæ pecuniaæ genitum, & vacuum à curis, nisi instantibus. Autor Pæd. ¶ C. Antonius, alter Oratoris filius, multos in Achaia spoliavit, nactus de exercitu Syllano equitum turmas: quo nomine à Græcis tractus est in ius ad M. Luculium prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat. Egit pro Græcis Cæsar etiam tum adolescentulus, & quum Lucullus id quod Græci postulabant decrevisset, appellavit Tribunos: iuravitque se ideo ciurare, quod æquo iure uti non posset. Hunc Antonium Gellius & Lentulus Censores, sexennio post petitionem Consulatus, Senatu moverunt: cauſaſque subscripserunt, quod socios diripiuerint, quod iudicium recusasset, quod propter aeris alieni magnitudinem prædia mancipasset, bonaque sua in potestate non haberet. Pædianus. Hunc item Cicero in Verr. vocat in exercitu

Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigatum. Nam inter eos fuit qui iussu Syllæ in Circensibus, quos ipse post victoriam fecit, quadrigas agitaverunt. Hic cum Cicerone Consul fuit, eique maximè est adverbiatus, ut qui Catilinæ conjurationi faveret. Placatus ab eo demum pactione provinciæ, recteque de Republica sentire persuasus est. ¶ M. Antonio, Oratoris filio, tres filii fuerunt, M. L. & C. quorum M. Antonius postea Triumvir, causa & fax totius belli civilis extitit. Nam quum esset Tribunus plebis, Cæsarique partibus in civitate tutandis lese imparem videret, unà cum C. Curione (qui & ipse Tribunus plebis erat) conducto vehicle, habituque maximè miserabilis in Galliam ad Cæsarem profugit, eumque adhuc harentem, ad bellum sine mora suscipiendum inflammat. Cæsarem quoque occisum laudavit pro rostris: vestemque eius sanguinolentam ostendens & testamentum recitans, quo ille pop. Rom. drach. 73. virtutem legaverat, perfecit ut percussores ob metum ab urbe profugerent. Deinde quum D. Brutum Mutinæ obsidebat, hortante Cicerone à Senatu hostis iudicatus est: ab Hircio & Pansa Consulibus, & Octavio adhuc adolescentulo, ingenti prælio superatus. Post hanc Triumviratus feedere inter eum & Lepidum ac Cæsarem inito, Brutum & Cassium in Macedonia apud Philippopolis superavit. Quo bello confecto, Octavius valetudinis causa Romam redit: Antonius in Græciam Asiāque profectus, honore, quaqua versus proficeretur, ingenti est exceptus. Quum illi Oriens, Augusto Occidens, Lepido Africa obtigisset, multos per Orientem reges & tetrarchas debellavit. Inter quos Antigonum Iudeorum regem secuti percussit: quod antea Regum nulli contigit. Captus amore Cleopatrae, multa ipsius gratiâ nefanda admisit, eique regna multa concessit in Syria. Fulviani uxorem statim inito Triumviratu repudiavit, ac Octaviam Augusti sororem duxit: quam & ipsam deinde ob Cleopatram contempt. Ad bellum Parthicum Ventidium Legatum misit, qui interfecit Paçoro, regis filio, ab Antonio missus Romanum triumphavit. Inde Cleopatra in Ægyptum remissa, per Armeniam Arabiamque profectus, copias undique contraxit: cum Phraate Medorum rege prælio congressus, ac victor, eum ad Araxam fluvium persequutus est. Dein in Armeniam reversus, eius regem in triumphum Alexandriam duxit. Repudiata igitur Octavia, causa fuit inter eum & Octavianum dissensionis, à quo postremò ad Actium navalium prælio congregans, superatus est: Alexandriamque confugiens, atque ibidem ab eodem obsecratus gladio sponte occubuit, anno ætatis LVI. Huius viri illud in primis admirabile dicitur, quod in otio luxuriosissimus, in negotio laboriosissimus fuit. Nec ob res malè gestas quicquam de solita voluptate remisit. Hæc ex Plutarcho. ¶ L. Antonius Triumviri frater, apud Perusiam ab Octavio obsecratus, famaque adactus venit in ditionem cum cœc. alii: quibus, ut ait Flortis in Epit. Livii, Octavius pepercit: at verò Tranquillus omnes ad aram Cæsaris necari crudeliter iussit. ¶ C. Antonius, Lucii & Marci frater, in Macedonia à Brutō captus, Ciceronis & Hortensi Manibus informis missus est. Autor Plutarchus in Antonio & Bruto. ¶ Antonius Julianus rhetor Romæ, perquam fuit honesti atque humani ingenii: doctrina quoque ista utiliore ac delectabili, veterumque elegantiarum cura & memoria multa fuit. Adhæc scripta omnia antiquiora tam curiosè spectabat, aut virtutes penitusbat, aut vitia rimabatur, ut iudicium ab eo factum examinissim diceret.

Antonianæ, sunt Philippica Ciceronis contra Antonium. Gell. c. 2. lib. 13. & cap. 11. lib. 7.

Antonomasia, ἀντονομασία, dici potest, pro nomine, id est vice nominis positio. Diomed. Antonomasia est vocabulum quod sine nomine positum, loco eius fungitur: ut est,

Arma virumque cano:

ibi intelligitur Æneas. Fit autem tribus modis: Ab animo, ut Magnanimus Anchisiades, id est, Æneas. A corpore: ut, Ipse arduus, id est, Polyphemus. Extrinsecus: ut, Infelix puer, atque impar congressus Achilli, hoc est, Troilus. ¶ Inde Antonomastic. s. hoc est, per Antonomasiam.

Antræ, arum, autore Festo dicuntur convales, vel arborum intervalla.

Antronīa, Pomponio Melæ civitas est Magnesia, regionis Thessaliz, quæ Stephano & Straboni Antron, ἀντρόν, dicitur: ab antris nimirum quoque nomine deducto, quorum magnam circa hanc urbem copiam fecerant molarum lapidum fodinæ. Circa hanc urbem procerissimi gignebarunt aini: unde factum est, ut Antronius Afinus proverbio dicitur de homine corpulentu & robusto: in quo tamen ingenium & animi vigor desiderentur.

¶ Antruare, recurrere, Festus. Antruare, gratias referre. Truant, movent: truam quoque vocant id, quo permovent coquentes exta. Vide Antruare, suprà.

Antrūm, Specus, caverna. { בָּנְשׁוֹת mebarah. ἀντρόν, αντρόν. GALL. Fosse sous terre, caverna, creux. ITAL. Antro, spelunca. GERM. Ein hule. HISP. La cueva. ANGL. A cave or denne. } Dictum putant Antrum ῥάγα: ὡς ἀντρά, quod est supplico, quia in iis Deos, quos inesse putabant, venerabantur. Ovid. lib. 13. Metam.

Syvestribus abditus antris Philocteta.

Virg. 6. Æneid.

Exeſiūm Euboies latus ingeñs rupis in antrum.

Mart. lib. 13.

Gaudet in effossis habitare cuniculus antris.

Item pro cavo. Virg. 4. Georg.

Fumicibūsque cavis, exæſaque arboris antro.

Antuerpia, urbs est Brabantia & Belgicae totius emporium celebrissimum. { Vulgus Germanorum Anterff appellat. GALL. Anvers. ITAL. Anversa. }

Anubias, adis, ἀνοβια, à quibusdam dicitur herba, quæ notiore nomine Conyza appellatur, & vulgo Cimicaria, seu Publicaria. Legitur hec vox in quibusdam Dioscoridis exemplaribus: quam tamen à peritoribus inter nomenclaturas nothas, falsoque Dioscoridi attributas video.

Anubis, genitivum facit Anubis, vel anubidis, ἀνοβιδη, Lingua Ægyptiaca dicitur

dicitur canis, sub eius forma colebatur Mercurius, ut inquit Servius. Virg. 8. Aeneid.

Omnigenumque deum monstra, & latrator Anubis.

Ovid. in Elegiis.

Pertua sacra precor, per Anubidis ora verendi.

Diodorus scribit, Anubim filium fuisse Osiridis, qui canem gestabat, tanquam atborum insignia. Ex quo Aegyptii canem venerantur, & Anubim deum canino capite effingunt.

Anuis, pro anus. Varro.

ANVLVS, pro digitorum ornamento, à circuitu vocatus est, sive à rotunditate. Græci à digitis *δακτύλοι*, appellaverunt { *תְּבַדֵּלָה* *tabbath*. GALL. Aneau, une bague à mettre au doigt. ITAL. Anello. GERM. Ein fingerling. HISP. Anillo. ANGL. Aring. } Pater moriens anulum mihi dedit, tanquam suo, ut æquum erat, filio. Plaut. *Cure.* sc. 2. a. 5. Pater ipsum anulum gestavit. Ibid. Spectandum, ne cui annulum det, neque roget. Idem *Afin.* sc. 1. a. 4. Qui anulo meo obsignatas tabulas adferet, ei det virginem. Idem *Cure.* sc. 3. a. 2. Expressam in cera rex anulo suam imaginem. Idem *Pseud.* sc. 1. a. 1. Pono pallium (pignori) ille suum anulum oposuit. Idem *Cure.* sc. 3. a. 2. Et ei subduco anulum. Ibid. Perdidisti tu anulum miles pulchre, &c. Ibid. sc. 4. a. 4. Anulus in digitis nullus in sacris. Ovid. 4. Fast. In anulo gestabant imagines amicorum. Idem *Eleg.* 6. lib. 1. Trist. In gradus ac anulos comptum corpus. Quintil. Anulos aureos ponere, & ferreos sumere. Suet. in *Ang.* c. 100. Anulis aureis donare. Idem in *Calba*, c. 16. De anulorum munere. Martial. *Epig.* 122. lib. 14. Cic. 5. Verr. Sepe enim nostri Imperatores superatis hostibus, optimè Republica gesta, scribas suos anulis aureis in concione donarunt. ¶ Fuerunt homines tam inepti, qui anulos etiam digitos à Latinis vocari crederent, adducti autoritate Plauti in *Pœnimo*. Atque, ut opinor, digitos in manibus non habent. AN. Quid iam? MIL. Quia incedunt anularis auribus. Sed hi profectò nimis pueriliter delirant, neque Poëta iocum assequuntur. Irridet enim ibi poëta Pœnorum morem, qui ac si digitos in manibus non haberent, anulos à manibus ad aures transferebant. Apud nos prisci Vngulum & Vnguinum vocabant: postea & nostri & Græci, Symbolon dixerunt. Nam Symbolum, nota est & signum. Anuli autem equestris ordinis notæ erant. ¶ Condulum quoque & Condalium veteres anulum nuncupavere, teste Festo. Plaut. in *Trin.* In Thermopolio condalium es oblitus. Vide *Condalium*. ¶ Mos fuit veterum gerere anulum in digito sinistro manus, qui est minimo proximus. Gell. cap. 10. lib. 10. Eius rei duplex redditur ratio à Macrobius. Prior, quia in eo digito gemma anuli ab omni lœsione esset tutissima: altera, quia disiectis humanis corporibus repertum est, nervum quandam tenuissimum (ut credi vult) ab eo digito ad cor hominis pervenire. Et ideo visum est veteribus, ut ille digitus anulo, tanquam corona, circundaretur. Primus Prometheus fertur circulum ferream, inclusa lapide, digito circundedisse; qua consuetudine homines usi anulos habere cœperunt. Anuli autem per diminutionem dieti à circulis & anis, qui sunt circa brachia & circum crura. Apud Romanos anuli de publico dabantur, & non sine discriminâ; nam dignitate præcipuis viris gemmati dabantur, cæteris solidi. Anulum aureum neque servus, neque libertinus gestabat in publico: sed anulo aureo liberi utebantur, libertini argenteo, servi ferreo. Apud veteres ultra unum anulum uti infame habitum viro. Gracchus in *Mævium*, Considerate Quirites sinistram eius: en cœtus autoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem, ut mulier est ornatus. Crassus qui apud Parthos periit, in senectute duos habuit anulos, causam præferens, quod pecunia ei immensa crevisset. Fœminæ non usæ sunt anulis, nisi quos Virgini sponsus miserat, neque amplius quam binos anulos aureos in digitis habere solebant. Inter genera anulorum sunt Ungulus, Samothracius, Tynius. Ungulus est gemmatus, vocatusque hoc nomine, quia sicut ungula carni, ita gemma anuli auro accingitur. Samothracius, aureus est quidem; sed capitulo ferreo, à loco ita vocatus. Tynius purus est, prium in Bithynia fabricatus, quam olim Tynam vocabant. Flaccus, Lugente mea vita, nec smaragdos, berilllosque mi Flacce, nec nitentes per candidam margaritam quero, nec quos Tynica lima polivit anillos, nec iaspis lapilos. Isidor. de *Etymologiis*, lib. 19. c. 31. ¶ Anuli cura, Cancellarii (ut loquimur) dignitas. Iustinus *Hist.* lib. Trogus dicit patrem suum sub Caio Cælare militasse, epistolamque, & largitionum, simul & anuli curam habuisse. ¶ Arctam anulum ne gestato, un *φίγειν* hoc est, interprete D. Hieronymo, Ne vixeris anxiè: & ne temer in servitutem conjicias, aut in ejusmodi vitæ institutum, unde te non queas exticare. Siquidem quisquis anulum angustum gestat, is sibi quodammodo vincula injicit. ¶ In anulo D. figuram ne gestato, εἰς διανυσίαν εἰς γραμμήν εἰς οὐρανόν. Fortassis admonet non passim admiscendam Dei mentionem. ¶ Per medium anulum traharis oportet, διὰ διανυσίας δὲ εἰς γραμμήν οὐ. In eum quadrabit, qui sit vehementer extenuato gracilique corpore, seu morbo, seu cura, seu studio, seu qua alia re. Aristoph. in *Pluto*. Διὰ διανυσίας εἰς εἰναι τὸ διάτελον: id est, Itaque profectò per anulum me traxeris. Verba sunt anus volentis se videri usque ad eum maceratum atque exhaustam dolore, ut per anulum trahi possit. Equidem opinor adagium esse sumptum à lusu, quo ovum acetō maceratum per anulum trahitur. Cuius rei meminit Plin. lib. 10. cap. 16. ¶ Anulus item fluvius est Mauritania, in quo elephantes luna nova apparente se abluant. Plin. lib. 8. cap. 1. Autores sunt, in Mauritaniæ saltibus ad quandam aminem, cui uomen est Anulo, nitescente luna nova, greges elephantum descendere, ibique se purificantes solenniter aqua circumsperti, atque ita salutato sydere in sylvas reverti. ¶ Anulos aureos ferre solis ingenuis licuisse scribit Isidor. lib. 20. *Etymolog.* Proinde liberti ius anulorum aureorum impetrabant à Principe, ut ingenuitatis munia consequerentur, l. sed si 10. §. patronum ff. de in ius voc. l. cum ex oratione 44. de excusat. l. 1. ff. de iur. aur. anul. l. 1. & 2. C. eod. Hoc ius Modestinus l. 14. de excus. dirigit *τερπον* *διανυσίαν*, appellavit. Vide Bud. l. fin. de senat. ¶ Anulus prombus, qui dabatur sponsæ. Tertull.

Anellus, idem quod anulus. Cicer. de finib. honor. & mal. lib. 5. Nec

tamen Epiprum licet oblivisci, si cuiquam, cuius imaginem non solùm in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis & anellis habebant. Ex Nonio. Horat. in *Serm.*

— Sape noratus

Cum tribus anellis, modò lava priscus inanis.

¶ **ANULARIUS**, artifex qui anulos facit, { *חַטְבָּרֶת* *חַטְבָּרֶת* *תְּסִרְפָּה* *תְּסִרְפָּה* *בָּאַתָּה* *בָּאַתָּה*. GALL. Orfevre, qui fait anneaux. ITAL. Orofice che fa anelli. GERM. Der die ringe macht. HISP. Platero que haze los anillos. ANGL. A goldsmith, that maketh rings. } Cicer. 4. Acad: An tibi erit querendus anularius, quoniam gallinarium invenisti, delicatum illum, qui ova cognoscet? Anularia scalæ. Suet. in *Ang.* cap. 72.

¶ **ANULARIS**, quod anuli est. Digitus anularis dicitur, qui proximus est auriculari. *אֲנָוְלָרִיָּה*. Quare autem veteres in hoc potissimum digito anulos gestaverint? vide Macr. lib. 7. *Satur.* cap. 13.

¶ **ANULATUS**, *אֲנָוְלָטָה*, Anulis ornatus. Plaut. in *Pœnulo*. Quid iam? quia incedunt cum anularis auribus.

¶ **ANUS**, us, gen. fœm. & prima correpta, vetula dicitur, ab annorum multitudine ita vocata, quam antiqui consonantem non geminarent: { *זְקָנָה* *זְקָנָה* *זְקָנָה* *זְקָנָה*. GALL. Vieille. ITAL. Vecchia. GERM. Ein alte weib, eine vettel. HISP. Vieja. ANGL. An old wye. } Vel ab a. & r. sensus, intellectus: quodammodo mente careat. Cic. 1. Tusc. Quæ est anus tam delira, quæ timeat ista, quæ vos videbile, si physica non didicissetis, timeretis? Quibus anus domi uxores sunt, &c. Plaut. *Most.* sc. 3. a. 1. Devortor apud anum illam crastam. Idem *Pseud.* sc. 2. a. 2. Viden' ut anus tremula medicinam facit. Ident *Cure.* sc. 3. a. 1. Gallus, qui erat anui peculiaris. Idem *Aul.* sc. 4. a. 3. Anum foras extrudit, id est, ancillam. Idem *Aul.* prologo, Sclelestorem hac anu arte, scientia, vidisse nunquam. Ibid. sc. 1. a. 1. Exquiram ex gnaræ pedis equa nutrice anu. Ibid. sc. 6. a. 4. Anus hic solet cubitare. Mox nomen lena multitiba. Idem *Cure.* sc. 1. a. 1. & sc. 2. a. 1. Cense hauc appellandam esse anum, &c. Anus audi, iivid.

— Quare

Vilis anus populosa ad sua liba vocet.

Ovid. 3. Fast. ¶ Anus bacchatur, *ζεῖν* *βαχυ*, in eos dici solitum, qui præter ætatem indecorè lasciviantur. ¶ Anus hircans, *ζεῖν* *χερτόν*, de anu intempestiva libidine pruriens, & ut ait Plaut, catulenti. Aristophanes in *Pluto*. ¶ Anus cothonissat, *ζεῖν* *χαρτονόδην*, de vetulis indecorè lascivientibus. *Κατόν*, enim temulentum significat: inde fictum verbum, *κατόν*. ¶ Anus hircum olet, *ζεῖν* *άρανθόν*, de vetula libidinante, propterea quod alatum ac reliquarum partium odor excitatur ad libidinem incensis. ¶ Anus saltat, *ζεῖν* *χορεύει*. In eum convenit, qui indecorè quippiam facit: velut si senex ludat nucibus: aut si Theologus rhetoris flousculis lasciviat: aut princeps exemplo Neronis musicetur. ¶ Expectat anus meum filium se suaviaturum, *μέτει* *ζεῖν* *ιμέν* *οι πάγιδα φιλοτελία*. Nam priusquam adolescat puer, illa decesserit. Utimur, quum sera spes ostenditur. ¶ Anus velut equus profundam habebis fossam, *ζεῖν* *άλτιστρον* *τηρασθεῖν ταφον* *ιεῖσται*. De iis qui penitus absunt, tanquam prorsus inutiles. Prestat canem irritare quam anum, *πολυχειρέστη* *ζεῖν* *η καὶ οὐ*. Refertur ex Menandro. ¶ Anus fucus. Plin. lib. 35. cap. 19. Senescunt in arbore, anisque distillant gummi modo lachrymam, fificanturque.

¶ **ANICULA**, vel Anicella, diminutivum, patua anus, vetula. { *χειλόν*. GALL. Vieillotte, vieille qui commence à radoter. ITAL. Vecchiarella. GERM. Ein altersweible. HISP. Vejezuela, ò pequeña vieja. ANGL. An old little old wye. } Cic. pro Flac. Aniculae minimè suspiciose purgat se. ¶ Aniculæ deliramenta, *ζεῖν* *οὐλόν*. De nugis inanibus, cuiusmodi solent effutire vetulæ, quum iam sexus vitio vitium ætatis accedens nugacitatis morbum conduplicat. Extat proverbium apud Platonem in *Theæto*. Terent. *Phorm.* Neque illi benevolus, neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam quisquam aderat, qui adjutaret funus.

¶ **ANILIS**, & hoc anile. Quod est anus, vel quod ad anum pertinet. *ζεῖν* *γάρ*. Virg. 4. Aeneid.

— illa gradum studio properabat anili.

¶ **ANICULARIS**, & hoc aniculare, idem est quod Anilis. *ζεῖν* *ιανί*. Aug. Delirare tibi videor, ovare, quum hæc loquer: anicularia tibi videntur hæc verba.

¶ **ANILITAS**, atis, senectus. { *זְקָנָה* *זְקָנָה*. GALL. Vieillesse des femmes. ITAL. Vecchiezza di vecchia. GERM. Das græde oder weiss alter der weiber. HISP. Vieje de la vieja. ANGL. Old age of women. } Catul.

Vsquecum tremulum movens

Cana tempus anilitas,

Omnia omnibus annuit.

Anas, pro Anilitas, vide supra Anas.

¶ **ANILITER**, adverbium, *ζεῖν* *ιανί*. Cic. 3. de nat. deor. Neque id dicitis supersticiös atque aniliter, sed physica constantique ratione.

¶ **ANEXIA**, id est, apertio templi.

¶ **ANUS**, i, generis masculini, & prima producta, pars posterior, podex. { *τηρασθεῖν*. GALL. Le trou par où se purge le ventre. ITAL. Il buco, donde esce il purgamento del ventre. GERM. Der ars. HISP. El culo. ANGL. The arse, the hole wherby; the bellie is purged. } Cic. Pet. Anum appellas alieno nomine, cur non suo potius: si turpe est, ne alieno quidem: si non est, suo potius.

¶ **ANIXVS**, a. um, sollicitus, molestus, ab *ἀγχος*: { *אַנְחָוֹג*, *אַנְחָדָה*. GALL. Chagrin, qui est en grande fascherie & soncs. ITAL. Pieno d'affanno, ansio, sollecito. GERM. Angstbässtig, sorgfältig. HISP. Congoxoso, ò diligente. ANGL. Carefull, pensife. } Cic. 5. Tuscul. Itaque dicimus gravedinosos quosdam, quoldam terminos, non quia semper sint, sed quia sœpe sint: alii ad metum, alii ad aliam perturbationem proclives. Ex quo in aliis anxietas, unde anxi: in aliis iracundia dicitur, que ab ira differt: estque aliud iracundum esse, aliud iratum: ut differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxi, qui anguntur aliquando, neque anxi semper anguntur. Suam vicem anxius. Liv. lib. 8. ab Vrbis

Prōque tot annorum curis, quas anxius egit.

Ovid. 13. Metamorph.

Anxiē, adverbium, sollicité, curiosità. § בחרה בחרה בחרה בחרה בחרה. פְּגַרְגָּרָה. GALL. Avec soing, faſcherie & chagrin. ITAL. Anſiamente, con affanno di cuore. GER M. Angſtſtiglich / Sorgſtiglich. HIS P. Con goxofamente. ANC L. Carefullie, curionſtie. } Salust. in Iugurth. Nobis fatis competum est, illum magis honore Marii, quam injuria ſua excruciatum, neque tam anxie laturum fuille, ſi adempta provincia alii quam Mario traderetur. Plin. lib. 11. cap. 52. Ne in ſe quisque & anguria anxie querat.

Anxiētās, & Anxitudo, proclivitas ad angorem, ipſe Angor, & ſollicido. § בחרה בחרה בחרה בחרה. GALL. Chagrin & ſoucy. ITAL. Anſietà, affanno di cuore. GER M. Anhäftigkeit / Sorgeſtigkeit. HIS P. Congoxa. ANGL. Pensifeneſſe, carofulneſſe. } Cicero de Republ. ut citat Nonius, Quartaque anxitudo prona ad luctum, & incerens ſemper. Plinius lib. 1. cap. 53. Quem eventi anxieta diximus mortuum. Iuvenalis Satyra 13.

Perpetua anxietas, nec mensa tempore cefſat.

Ira etiam Non. Accius, Pacuvius : in nonnullis codicibus legitur anxiudo.

Antifer, quaſi angorem anxiatēmque ferens, ἀλγεις. Cic. lib. 2. Tufc. Nunc nunc lorū anxiſeri torquent vertices. Ibid. 1. de Diu.

Tu tamen anxiſeras curas requiete relaxas.

Anxius, fluvius ex Armenio monte oriens, per Caucasum in Mesopotamiam defluit, & Pactolo flumini ex Caucaso cadenti occurrit, unumque facti, in Euphratem deſurguntur.

Anxur, tam masculini, quam neutrius generis, urbs eſt Italiæ, quam nunc Tarracina dicunt. Mart.

Sive ſalutiferis candidus Anxur aquis.

Horat. 1. Ser. Sat. 5.

Millia tum pransi tria repſimus, atque ſubimus

Impositum ſaxis latè carentibus Anxur.

¶ Dicitur autem Anxur (ut Servius docet) quia illuc colebatur Iupiter Imberbis, quem idcirco Anxurum, quaſi ανχρις εγι vocabant, quaſi ανχρις, hoc eſt, ſine novacula. Virg. Aeneid. 7.

Circeūmque ingum, queis Iuppiter Anxurus arvis
Præſidet.

Anyger, ſive Anygrus, vide ſuprā Anigros.

Anylis, Ἀγύτη rex eſt, autore Herod. lib. 2. Steph. urbs eſt ἀνυλος Αγύτη.

Anytus, Ἀντίος, Rhetor Atheniensis fuit, acerrimus Socratis inimicus, à quo & reus peractus eſt. Horat. 1. Serm. Sat. 5.

Qualia vincunt

Pythagoran, Anytique reum, doctūmque Platona.

De hoc vide Plutarch. in vita Socratis.

AO

Aon, αν, Neptuni filius, ut dicit Lactantius, qui factione ſuorum ex Apulia pullus, navigio ad Eubœam venit, & inde ſe in Boeotiam contulit, ubi populis montes habitantibus imperavit, eoque Aones ex ſuo nomine appellavit: à quibus Neptuni filius eſt habitus, quum Oncheschi ditissimi cuiuſdam Apuli filius fuerit, ex Parichia coniuge: filium Dyamantem reliquit, qui ei in regno ſuccedit. Perottus.

Aoniā, ανιά, regio Boeotiae, ab Aone rege Neptuni filio dicta, quem factione ex Apulia pullum, in Boeotiam tradunt veniſſe, ac de ſuo nomiue montanam regionem Boeotiae vocitaffe Aoniam, & incolas ipſos Aonas.

Aoniūs, ανιος, adjectivum. Ovid. 1. Metam.

Separat Aonios Attas Phocis ab aruis.

Aonie ſorores. Idem Eleg. ult. lib. 4. Trift.

Et petere Aonia ſuadebant tutu Sorores

Otia.

Aonis, idis, ανις, patronymicuſ femininuſ, quo poēta frequentiſſime utuntur pro iſpſis Muſis. Iuven. Sat. 7.

aptusq̄ebibendis

Fontibus Aenidum.

Aoris, αρατη. Aratis filius, venator & bellicosus, &c. Stephanus.

Aornos, αρνη, νηρα. Fuit petra apud Indos, p̄ecepſ & invia, & monumentis historicorum celebrata, ita dicta ob admirandam altitudinem, quaſi iſpſis etiam avibus inaccessa. Sribit Plutarchus, Alexandrum quum intellexiſſet hanc petram teneri ab homine meticuloſo, dixiſſe. Nunc locus iſte facillimus eſt captu. ¶ Eſt & Aornos locus in Epiro, ita dictuſ à peſtiferā avibus exhalatione, teſte Plinio in Proa. miſ lib. 4. Hoc etiam nomine dictuſ fuit lacus inter Puteolas & Baias, qui poſtea Avernus eſt appellatus. Vide inſra.

Aors, αρος, Čretæ civitas, ab Aora Nympha ita appellata: quaſi alio nomine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere, uno ex Curetibus. Ex Steph. Aorsi, αρη, populi Scythiae intra Imaum, quos Ptolomaeus collocat non procul ab Iaxarte fluvio, qui in mare Hyrcanum defluit. Strabo lib. 11. duplices facit Aorsos, quorum altero maris Caspii oram maxima ex parte tradit tenuiſſe, altero iuxta Tanaim habitasse, quos superiorum exiles eſſe opinatur. Plin. verò lib. 4. cap. 12. Aorsos quoſdam in Europa collocat iuxta Hamaxobios.

Aorta, αρη, Arteria eſt omnium maxima, ex ſinistro cordis ventriculo exoriens, ſpiritum vitale in totum animantis corpus deferens: nativumque calorem per diaſtolen & ſyloſolen temperans. Hec ubi primū à corde emerſit, impatibus ſectionibus bifariam dividitur: quarum altera, quaſi minor eſt, ſursum fertur, omnibus quaſi ſum supra cor partibus, valorum propagines p̄ebeitura. Altera, quaſi major eſt, fertur deorū, partibus omnibus inferioribus arterias immittens. Ex Galeno de diſectione arteriarum, & lib. 16. de uſu partium.

Aoti, αρη, populi ſunt in finibus Thraciæ, Getis finitimi, non procul ab Istro. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 11.

Aōs, αρη, fluvius eſt in ea parte Macedonia, quaſi mari Adriatico adjaçet, non procul ab Apollonia in mare illabens. Sunt qui Aeantem appellant, teſte Plin. lib. 3. cap. 3.

Apacia, muſculi dorsuſ. Lex. gr. b. ||

Apæ, ἀπαι, populi in Aethiopia ſub Aegypto, Memnonibus ad Aſtrum proximi, de quibus Ptol. lib. 4. cap. 8.

Apagē, & apagete, Abigentis vox & fastidientis aliquid. § יְלֵחֶת, נְזֵבֶת. GALL. Loing de là, arrière de là, retire toy. ITAL. Levavia, levate via. GER M. Hinweg mit. HIS P. Quitta day. ANGL. Hence away, away out of this. } Comicis p̄ecipue poētiſ uitata dictio, à verbo Græco ἀπαγέω, quod significat abduco, abigo, removeo. Plaut. in Cure. Apage hanc caniculam. Apage iſtanc caniculam. ibid. ſc. 1. a. 5. Apage, Apage te à me (Neptune.) Idem Moſ. ſc. 1. a. 2. Apage, non placet illa edificatio. Idem Milit. ſc. 1. a. 2. Apage, non placet me hoc noctis eſſe. Idem Amph. Apage te à me, peſtis te tenet. Ibid. Apage te Harpax, non places. Idem Pſend. ſc. 2. a. 2. Fugam ſingitis. Apage, non decet nos fugitivos imitari. Idem Capt. ſc. 1. a. 2. Apuleius, Apagete factorem extreſ latrinae. Vatin. ad Cie. Apagete cum noſtro Sext. Servilio; nam mehercule ego illum quoque aīo.

Apagēlis (quaſi & iſpum frequens eſt apud comicos.) Familiariter corripiens eſt, & ſignificat Aufer, vel remove ſi viſ. ἀπαγέδην. Apul. Apagesis iam cruentos deos. Vel etiam abſolutē, pro Abi ſi viſ. Plaut. in Pœn. ſc. 2. a. 1. Apagesis, negotii quantum in muliere una eſt.

Apagoreulis, prohibito, figura, ἀπαγόρευσιν prohibeo. } Apalætri, ἀπαλαιſpoſ. Græci vocant ignaros paleſtræ, hoc eſt, qui ſeſe in luſta non exercuerunt.

A palareus, idem eſt quod argentea patina.

Apamia, ſive Apamæa, ἀπαμεια, urbs celeberrima in Tetrapoli Syriæ, à Seleuco Nicanore condita, & à nomiue uxoris eius ita appellata, ut testatur Strabo lib. 11. al. 11. ¶ Eſt & Apamia, Parthorum civitas, Heracleæ, & Rhagis finitima: de qua apud eundem lib. 11. ¶ Tertia eſt in ora maritima Bithyniæ, inter Rhindaci & Ascanii oſta, Antiochi Epiphanis opus, cuius meminit Stephanus, & Ptolom. lib. 5. cap. 1. ¶ Quartam collocat Plin. lib. 5. cap. 29. in eo ipſo Marſyas fluminis oſto, ubi ſcilicet Marſyas in Mæandrum influit, quaenam ante Celanas, deinde & Cibotonait appellatam. Hanc Strabo ab Antiocho Sotere conditam ſcribit, & à nomiue Apamiae matris eius (quaenam Artabaxi filia euit, & uxor Seleuci Nicanoris) Apamiam fuille appellatam. Fuit haec urbs olim clarissima, rotiūſque Alia emporium post Ephesum celeberrimum.

Apameſte, oppidum in ea Italiæ parte, quaſi olim Magna Græcia dicta eſt. Huius incole dicuntur Apameſti, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

¶ Apanarium, ſuperior molæ pars. Lex. gr. b. ||

Apannos, ſolpes. L. gr. b. ||

Aparciās, ἀπαρκιας, ventus ab arcto flans, hoc eſt, à Septentrione.

Apārīnā, ἀπαρινη, Lappa genus, quod alio nomine Philantropos appellatur, quod vestibus hominum adhærens, eos amare videatur.

Apātē, απατη, genus intybi, apud Theoph. quam Theodorus Fraudem convertit, eo quod gustantes amaritudine decipiāt.

Apāthēs, ἀπαθηſ. GALL. Sans paſſion. ITAL. Senza paſſione, & perturbatione. GER M. Ohn anſehtung vnd betrübnis. Unberoglich, am gemüt. HIS P. Soffergado, ſin turbacion. ANGL. without paſſion. } Latinè dicitur sine illa animi perturbatione, quaſi impaſſibilis, quaenam Stoici volebant eſſe ſapientem. Negabant enim ſapientis eſſe, aut dolore, aut volupate, aut metu, aut odio, aut misericordia commoveri. Plin. lib. 7. cap. 20. ſcribit quodam ſapientiæ ſectatores, toruitate quadam naturæ dura & inſexibili p̄eeditos, humauis affectibus caruisse, qui & iſpi Apathes nominantur. ¶ Unde Apathia, απαθηſ, animi tranquillitas, nullis affectuum motibus obnoxia.

Apavortene, απανορτην, regio eſt Scythiae, in qua eſt Hyrcania provincia.

¶ Ape, apud antiquos dicebarur pro prohibe, coſpēſſe. Fest. Sic Gloss. Ape καλυπτη. Ducamus ab αρη, ut fit facere aliquid αποτι, i.e. remotum, ut res aliqua fit αποτη. Gloss. apet αποτολη. ¶ Ape etiam Gloss. vetus vertit μαρα, id eſt, apud.

Apedēma, ſaltus. L. gr. b.

Apelatiūm, omne teli genus. Nicet. L. gr. b. ||

Apelioſes, απελιοſ. Ventus eſt ab Oriente aequinoctiali flans, quem Latini ſubſolanum vocant. Meminit Gell. cap. 12. lib. 2.

Apellā, dici potest fine pelle. § יְלֵחֶת mul. απελλή. GALL. Circoncis. ITAL. Circonciſo. GER M. Beſchneiten. HIS P. Circoncido. ANGL. Circconcided. } Quo nomine vocati ſunt Iudei circuncisi. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 5.

credat Iudeus appella,

Non ego.

Muſculi generis, aut potius com. generis. Nomen fictum ab A, privativa parciula, & nomine pelliſ.

APELLĒS, Appellis, απελιοſ, nomen pictoris eximii, patria Coi, qui omnes priu genitos, futurōſque poſtea artificio ſuperavit, & picturæ plura ſolus proprie contulit, quaenam cæteri omnes. Fertur Alexandrum Macedonem à nullo pingi voluisse, quaenam ab Apelle. De hoc Ovid.

Si nunquam Venerem Cois pinxitſſet Apelles,

Mersa ſub aquoreis illa lateret aquis.

De hoc vide multa apud Plin. lib. 36. cap. 10. Appelles Tragedus.

Suet. in Calig. cap. 33.

Apellēus, a, um, adjectivum. Stat. lib. 5. Syl.

Vt vel Apelleo vultu ſignata colore.

APELLO, is, apuli, apulſum, ex a, & pello, ſignificat Amoveo ἀπελεῖν, ut Apulſum ab urbe, id eſt, amotus. Sunt tamen qui putant Apello, non Apelle ſcribi debeſe, & componi ex abs, ſeu ab, b, in ſ, mutata, ne ex Ad compositum videatur. Nam ita in Capt. Plaut. legitur: Hic eſt ille diſe, quum nulla vitæ ſalutis ſperabilis eſt mecum. Neque exiliu exitio eſt, neque adeo ſpes, quaenam mihi hunc apellat. Cic. 2. Tufc. 2. Sed longe à lato numine apellor, Iovis.

¶ Apello, priscis pro Apollo: cuius genitivus antiquè declinatus Apelliperiſ: ut boveris, fueris, Ioveris, regerum, laperum, nu- cerum,

cerum: à rectis bos, sus, Iovis, rex, lapis, nux. Varro de L.L.

|| Apenarius, auriga, carrucarius. ||

Apeneste, lege Apameste.

Apenninus, { απεννίνος ὄψη. Vulgo il monte Apennino. GERM. Das ges
birg so sich mitten durch Italiā reie ein kuch geradt zeucht. } per duplex
nn, vel Apenninus cum œ, diphthongo, ut scribit Servius, quasi Alpes
Poeni, quod eas Annibal primus superavit. Mons est, qui Italiā me-
diā dividit, incipitque à Genua, & supra Carnos incumbit. Eius de-
scriptionem vide apud Lucanum.

Apenninigenā, qui Apenninum inhabitat, aut in Apennino versatur: ut
Apenninigenæ pastores. Claudianus,

Apenninigenis cultas pastoribus aras;

Apenninicolā, idem. Virg. 11. Aeneid.

Apenninicole bellator filius Auni.

Apepsia, απεψία. Ventriculi vitium est, quod Latini Cruditatem appellant: quum scilicet cibi in ventriculo non immutantur, sed tales ferè egeruntur, quales sunt ingesti. Quo modo autem differat à dyspepsia & à tercia specie, quam Græci σερυπία, vocant, vide in dictione Dyspepsia.

|| Apennis, relatum. Cod. ll. antiq. ||

APER, porcus sylvester, à Græco, αἴρειν, remota prima litera. { τριν
εβαζιρ. GALL. Sanglier, porc sanglier. ITAL. Porco selvatico, cinghiale. GERM. Ein eber/ ein wild schwein. HISP. El jauali, puerco montez. ANGL. A roylbore. } Iuvenalis,

— quanta est gula, quæ sibi totos

Ponit apes, animal proper convivia natum.

Varr. de ling. Lat. lib. 4. Apri ab eo, quod in locis asperis versantur: nisi à Græcis deductum malis, qui hos γάργες vocant. Aper ferus. Suet. in August. cap. 67.

Apriūs, adjectivum ab Aper. Paul. I.C. D.lib. 23. tit. 7. l. 22. Fundo legato, ut optimus maximusque est, retia apraria, & cætera venationis instrumenta continebuntur.

Apriūs, { κρατεύως. GALL. De porc sanglier. ITAL. Cinghiarino, cosa di cinghiale. GERM. Das zu dem waldenschwein gehört oder davon kommt. HISP. Cosa de puerco javali. ANGL. Of an wildbore. } ab Apro deducitur: ut, Aprina caro. Sic scribi quidem debet secundum analogiam. Antiqui tamea scribent Aprugnus. Plin. lib. 8. c. 61. Catonis Censoris orationes aprugnum exprobant callum. In tres ramen partes diviso apro, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata.

Aperantia, απεραντια, urbs Thessalica, Steph.

Apere, prohibere, compescere, comprehendere vinculo. Fest.

APERIO, ex Ad & pario (ut inquit Priscianus, abjecta d, quia d, sequente p, nonnunquam abjicitur.) Patefacio, palam facio, illustro, expono, nudo, detego. { πόμπει παραχθεῖσαι. GALL. Ouvrir. ITAL. Aperire. GERM. Aufthun/ öffnen. HISP. Abrir lo serrado. ANGL. To open. } Cic. de Divin. pro Cluent. Quæ in diurna obscuritate latuerunt, sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. Idem de Finib. Aperiendum est quid sit voluptas. Idem in Anton. Quum mulier uberioris flet, caput aperuit, & in eius collum invasit. { Interdum ponitur pro communicare: ut, Aperire rem familiarem, id est, de ea impartire & communicare aliis. Cic. in Offic. } Interdum pro instituere. Idem in Epist. Dionysius Corinthi ludum aperuit. { Interdum ponitur pro, se ad solutionem esse paratum ostendere. Idem ad Atticum, De Oppio factum est, ut volui, & maximè quod doce, aperuisti. Id quod alio loco ad eundem, De Oppio, inquit, bene curasti, quod ei doce exposuisti. } Aperire fenestram, ianuam, proverbialiter dicuntur, pro occasionem & velut ansam præbere. { Cuius contrarium Claudere. } Huius verbi composita sunt Adaperio. { Aperiri cœlum dicitur à poëtis matutino tempore, quum sit dies: claudi verò noctu, quum finitur. Ex Servio in illud Aeneid. 16.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Aperuit diem dispulsa nebula. Liv. 1. belli Punic. Quum calecente sole dispulsa nebula aperiuisset diem. Sic ibidem lib. 6. Heus ecquis est is? Aperit mihi fores. Plaut. Mostell. sc. 2. a. 2. Auditum audio aperire fanum. Idem Cure. sc. 3. a. 1. Aperite, aperite heus. Idem Psend. sc. 1. a. 5. Sed aperite ostium. Idem Men. sc. 1. a. 1. Atque aperiuntur ædes. Idem Amph. sc. 2. a. 3. Aperite hoc heus, ecquis hic est, equis hoc aperit ostium? Ibid. Ego iam aperiam istæ tua flagitia. Idem Menach. sc. 1. a. 5. Tam aperito capite ad lenones ire, &c. Aperito capite condemnant reos. Idem Capt. sc. 1. a. 3. Operata quæ fuere, aperita sunt. Ibid. sc. 3. a. 3. Apertis, ut aiunt, tibiis. Quintil. Apertis inambulationibus vagandum. Senec. cap. ult. de Tranquill. Interdum pro vulnerare. Iuvenal.

Fusse aperire caput, candelam apponere valvis.

Item,

Qui veritus non est portus aperire fideles
Rati (meæ.)

Ovid. Eleg. 5. lib. 4. { Aperibo, pro aperiam. Pomponius Vernione. Nonius.

Aperte, adverbium, Claret, manifeste. { בְּגַלְעָלִי. Qānūn. GALL. Ouvertement, clairement. ITAL. Apertamente. GERM. Offentlich/ heiter. HISP. Claramente. ANGL. Planelie, openlie. } Cic. Attico. Quæ verba aperte indicant, posse rationem haberi etiam absentis. Hinc apertiūs, & apertissimè. Idem pro Q. Roscio, Planiūs, & apertiūs dicam. Idem Attico, Lætitiam apertissime tulimus omnes.

Aperto, as, Plaur. Men. sc. 5. a. 5. Cur apertas brachium.

Apertio, nis, verbale, { פְּתַחַת. pitel bn. ἀνοίξει. GALL. Ouverture. ITAL. Apertura. HISP. Abertura, obra de abrir. ANGL. Opening. } Varr. 1. de re rust. cap. 36. Sub terra, qui habent frumentum in iis, quos vocant syros, quod cum periculo introitum recenti aperitione, ita ut quibusdam interclusa sit anima.

Apertum ius, clarum & indubium. Autor. Cic. & Quint. Sicut varium, quod vagatur in opinionibus Iurecons. controversum autem, id est, contrarietate opinionum.

Apertus, a, um, Patens, manifestus, planus, ante oculos positus. { Hinc per translationem, Apertum peclus dicimus, id est, liberum, simplex,

& non simulatum. In amicitia peclus apertum esse debet, quod Cic. & Plin. Epist. lib. Fab. Epistolarum quas mihi (ut ait) aperto pectoré scripsisti, obliisci me iubes. { Apertum cœlum, id est, pūrum & se-
tenum, inquit Servius. Virg. 1. Aeneid.

— Cœloque inventus aperto,

— nec aperti copia Martis

Villa fuit.

Ovid. 13. Metam. Item, Apertioribus locis, i. patentioribus campis. Cæs. 3. de bell. civil. Apertus campus, planissimus & latissimè patens. Virg. 2. Georg. Liv. belli Maced. Sic apertum mare, apud eundem 3. belli Pun. { Apertum item, quod fraude, vel insidiis caret. Virg. 11. Aeneid. Saltus ingressus apertos, id est, vacantes insidiis, ait Servius. Aperti & simplices homines, qui nihil habent simulatum, qui sunt minimè fraudulentii. Cic. 1. Offic. } Apertum, absolutè. Liv. ab Vrb. Et castris in apertis positis, id est, in loco undique patenti. Cicer. in Paradoxis, Hoc tamen opus in apertum ut proferas nihil postulo. { Aperti honores, aut beneficia, aut dignitates, sunt honores qui vacant omnino.

Aperta, Apollo vocabatur, quia patente cortina respondebat. Fest.

Apertæ suræ, pro nudis & non opertis pedibus. Nonius.

Apertularius, & Apercularius, est effractor, & cui nihil est occlusum, vel obsignatum. Ibid. in Gloss. MS.

Aperturæ, æ, idem. Διαροή. Vitruv. lib. 5. cap. 5. Contraque eas cellas relinquunt aperturæ inferiorum graduum cubilibus, &c. Idem lib. 10. cap. 9. Circa frontem eius figuntur tabulæ relictae semipedalibus aperturis, ad aquam intrò concipiendam. { Apertura tabularum apud Iurisconsultos, Ulpianus D.lib. 28. tit. 5. l. 3. Aperturæ tabularum di-
latio necessarii hæredis ius non mutat.

Apes, vel Apis, in nominativo singulari. { כובוד deborah. μίλεως. GALL. Mousche à miel. ITAL. Ape. GERM. Ein Ym/oder Byrn. HISP. Abeja. ANGL. Abee. } Colum. lib. 10. Nam quanto grandior apis atque rotundior, tanto peior, Ovid. lib. 12. Metam.

Non apis inde ruit collectos sedula flores.

{ Hoc nomen compositum existimat plerique ab a fine, & pes, quod fine pedibus nasci videantur, dicente Virgilio,

Trunca pedum primi.

Sed quum non servet analogiam, sicut cætera composita, Bipes, edis, Tripes, edis, Compes, edis, magis simplex iudicandum est. Creantur apes ex boum fimo, sicut crabones ex equorum, fuci ex mulorum, ves-
pæ ex asinorum excrementis. { Neque mel, neque apes, μίλεως μίλεως. In eos dici solitum, qui recusat commodum ferre, quod sit cum incommode quoipiam conjunctum. Veluti, si quis apes, quod sint aculeatæ, nolit perpeti, is nec melle quidem, quod optat, fructur. Tryphon ex Sappho poëtria Lesbia. } In apes irruisti, εις μίλεως μίλεως. Ubi quis præter opinionem in ingens agmen, velut examen malorum immergitur: quemadmodum evenire solet iis, qui imprudentes in apum nidos incident. Apium & Apum, in geniti-
tivo plurali. Iuvenalis Satyr. 13.

Examénque apium longa confederit uva.

Sic bis, aut sœpius. Columella modò uno, modò altero utitur geni-
tivo: sed Apum frequentiùs usurpat, sine i.

Apacula, sive Apicula, diminutivum, parua apes. { μιλητια. ANGL. A lit-
tle bee. } Plin. lib. 7. Quadrigam ex eadem materia, quam musca in-
tegeret alis, fabricata, & navem, quam apicula pennis absconderet. Apicularum opera congestum (cereum.) Plaut. Cura. sc. 1. a. 1.

|| Apethamenus, mortuus. Cor. pret. Lex. gr. b. ||

Apeuictus, vide Prosencticus. ||

Aphelerra, αφελέττα, equorum monumenta.

Aphoplystæ, qui privatis hominibus arma habete non concedunt, nō rapinas, aut cædes faciant. Julianus Antecessor const. 15.

Apianus, vide infræ.

Apiaſtrum, locus ubi apes confidunt, hoc est, ubi aluei apium tenentur: quod Mellarium, sive alvearium nominatur. { μιλητια. GALL. La-
ruche, lieu où se nourrissent les mousches à miel. ITAL. Luogo dove stanno l'api. GERM. Ein ymen heuslin/ ein ymenbanc. HISP. El colme-
nar. ANGL. A place where bees maketh home. } Colum. lib. 10. Non est dubitandum, quin aedificio iunctum apiarium maceria circumde-
mus, sed in ea parte, quæ tetris latrinæ, sterquiliniæ & balnei odo-
ribus libera est. Idem lib. 8. cap. 14.

Apiaſtrus, qui curat, sive qui possidet apes. { μιλητια. GALL. Celuy qui a la charge & gouvernement des mousches à miel. ITAL. Gover-
natore ò posseditore d'ell' api. GERM. Der ymen hat mit den ymen
vngehr/ zu den ymen sorg tregt. HISP. Colmenero. ANGL. That hath
the charge of bees. } Plin. lib. 31. Proventum enim sperant aparii, largè florescente thymo.

Apiſtrum, μιλητια; herba est, quia apes delestantur: unde & Meliſſophyllum, & per syncopen Meliphyllo appellatur, Vulgo Melissa. Vide latius in dictione Meliphyllo.

Apiaſtræ, a, um, ab apibus: sicut à vermis Vermiculatus. Dicitur quod apium impressam habet similitudinem: ut, Apiata mensa, apud Plin.
lib. 13. cap. 15. ubi de mensis cedrinis loquitur.

Apesūs, unis, απεσος. Montis nomen est qui Nemæa superjacet, ubi Theseus Iovi primum operatus creditur. Dictus ab heroë, cui Apesas nomen erat. Papinius,

Mons erat audaci seductus in athera dorso;

Nomine Lernei dicunt Apesanta coloni,

Gentibus Argelicis elim sacer.

In castigatoribus tamen exemplaribus hoc loco apud Statuum Aphesanta legitur à nominativo Aphesas. Apud Plin. autem lib. 4.
c. 5. Apesus absque aspiratione.

Apex, icis, fastigium in summo Flaminis pileo, in cuius extremo modica lana est, quod primum constat ad Albam Ascanium instituisse. Ponitur tamen pro ipso pileo Flaminis acuminateo, κιπαὶ ἀκεσις. Hodie

Hodie Pontificum insula hoc nomine appellari potest. Valer. lib. i. At Sulpitio inter sacrificandum à capite apex prolapsus, eidem sacerdotium abstulit. ¶ Sumitur aliquando pro summa verticis parte, quod longè sit à pedibus, & pro cuiuscunque rei summitate acuminata. { *WNrosch*, 23 gat. GALL. La pointe ou sommet de quelque chose. ITAL. La sommità di qualche cosa. GERM. Ein spitz das eusserst oder obersl theil siedes dings. HISP. La altura o combre de qualquier cosa. ANGL. The point or toppe of any thing. } Col. lib. 5. Eiusque velut apex prouus imminens vocatur. Cicero transtulit ad summam rei alicuius dignitatem: Apex, καροντη, inquit, seneclutis est authoritas, quanta fuit in M. Cæcilio Metello. ¶ Apices iuris etiam dicuntur in libris Iurisconsultorum, pro iure summo & subtili, spinosaque disputatione. Ulpianus l. 29. D. mandat. De bona enim fide agitur, cui non congruit de apicibus iuris disputare. ¶ Apices literarum dicuntur accentuum nota, Gell. lib. 13. c. 29. ¶ Apex avium, crista, ut in pavone, galerita, upupa, & gallinaceo genere. Plin. lib. 11. c. 17. In capite paucis animalium, nec nisi volucribus, apices diversi quidem gentris.

¶ Apexabo, onis, sarcimen: intestinum sanguine fartum, admistâ arvinâ. ¶ Apexabo, onis, Intestinum sanguine plenum, admisto pingui: sic dictum quod in summitate quiddam, quali in capite, apicem habet. Varr. lib. 3. de lingua Latina.

Apicatus, i. apicem gestans. Ovid. 3. Fast.

His etiam coniux Apicati sancta Dialis.

Apiculus, diminutivum, parvus apex, κραῖς, quod & apiculum dicitur. Festus, Apiculum, filum est quo Flamines velatum apicem gerunt.

Aphaca, ε, sive Aphace, ces, ἀφίκη, herba est in arvis nascens, paulò altior lente, foliis admodum tenuibus, tereta, aut quaterna semina nigra in siliquis ferens. Hæc Plin. lib. 27. c. 5. Ruellius eandem esse putat cum ea, quam vulgus Ulciā agrestem appellat.

Aphace, ἀφάνη, urbs Libyæ Steph.

Apharēsis, ἀφάρησις, dici potest abscissio, figura, quæ à principio dictio- nis literam, vel syllabam aufert: ut, Pone metum, pro Depone. Ex δέ τις εἰρήνη.

Aphannæ, regio Siciliæ ignobilis: unde proverbium, Ad Aphannas, de obscuris & relegatis. Steph. ἀφάνη.

Aphareus, per tres syllabas, ἀφερός, patris Lyncei nomen est, à quo Ovid. Lynœi prolem Aphareiam vocat, lib. 8. Metam.

Apharus, locus in Euxino, Absyrtus antea dictus.

Aphedas, nomen regis Atheniensium, vel ut vult Stephanus, Molos- forum, ἀφεδας.

Aphesas, antos, montis nomen est supra Nemeam. Vide *Aefus*.

Aphetae, ἀφεται, urbs Magnesiae in Peganetico sinu: causam nominis lege apud Steph.

Apheteria, { ἀφετεία. GALL. La barrière, ou le lieu duquel partoient les chevaux pour courir. ITAL. Mozzo. GERM. Schranken in welche man die ross leßt sich mit lauffen zuüben. HISP. La cuerda que empareja los caballos. ANGL. An place out of the which horse beginneth to runne. } Latini dicunt carceres, unde equi emituntur ad cursum.

¶ Sunt & Apheteria, ut inquit Suidas, organa ad expugnandas urbes accommodata.

Aphidantes, ἀφειδάντες, populi sunt ex Molossis (ut inquit Stephanus) ita dicti ab Aphidante rege.

Aphidnae, arum, ἀφιδνα Stephano, locus celebris in Attica. Senec. in Hip.

— *parvas alias calcet Aphidnas.*

Est etiam civitas Laconia.

Aphneum, ἀφνεῖον, civitas Phrygiæ, & alia Lydiæ. Steph.

Aphnites, palus circa Cyzicum: Artynia prius, ἀφνην. Steph.

Aphorismus, ex Galeno, Doctrinæ genus, quod omnes rei proprietates paucis verbis circumscribit.

Aphormium, ἀφορμίον, locus Thespisium, Steph.

Aphracta, ἀφρακτα. Sunt aperta, intectaque navigia. Cicer. ad Attic.

Nos Rhodiorum aphractis tranquillitates aucupaturi eramus. Item ad Tironem, Nostri aphracta Rhodiorum? nihil est quod minus flu- sum ferre possit. ¶ Legitur & Aphractus, masculini generis. Cicer. ad Attic. lib. 6. Nos Etefæ vehementissimè tardarunt: detrahit vi- ginti ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum.

Aphrica, ἀφρικη, tertia orbis pars, ab Asia Nilo fluvio, ab Europa mari mediterraneo discreta: ita dicta quasi Aprica, quod Solis aestibus maximè sit exposita. Alii à Græcis sumptum putant nominis huius etymon, ut Africa dicta sit, quasi ἀφρικην, hoc est, sine horrore, aut frigore. Est enim hæc regio calidissima, ut quæ magna sui parte inter Tropicos sita sit. Vide plura suprà in dictione Africa.

Aphrodisia, ἀφροδίτια, dicuntur Veneris festa, vel venereæ voluptates. Plaut. Poen. 3.

Aphrodisias, ἀφροδίσια, insula est in mari Persico, ubi Persis à Car- mania separatur: sic dicta, quod in ea Venus quæ religiosissimè co- leretur: alio nomine αλια dicta. Insulae huius meminit Plin. lib. 6. cap. 25. ¶ Est præterea Aphrodisias Ciciliae oppidum, teste Stephano. ¶ Est item insula in Oceano Hispanico, non procul à Gadibus: de qua Plin. lib. 4. cap. 12.

Aphrodisium, ἀφροδίσιον, oppidum fuit in Latio maritimum, quod postea mutato nomine Antium dictum est: de hoc Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Apud Græcos hoc nomine significatur statua Veneris, atque adeò res ipsa venerea. Unde & ἀφροδίσια, dicunt, pro eo quod est rem venereum exercere.

Aphrodisium, ἀφροδίσιον, Cariæ promontorium est Pomponio, quod Aphrodisias Plinio appellatur. ¶ Est & Aphrodisium Prolomo urbs Africæ. ¶ Est præterea Aphrodisium Hispaniæ Tarraconensis pro- montorium, eodem autore.

Aphrodisius, ἀφροδίσιος, Præsul Bituricensis, Petri discipulus, genere Ægyptius, qui diem suum obiit apud Bituriges, teste Volaterr.

Aphrodite, ἀφροδίτη. Veneris cognomen est, dictum ἀπό της ἀφροδίτης. hoc est, à spuma. Veneream enim ex spuma maris ortam esse Poëtae fabulantur.

¶ Aphrogala, ἀφρογαλα, lac spumosum, i. e. tantopere agitatum, ut to- tum in spumam versum sit: remedium adversus calidam ventriculi intemperiem præstantissimum, ab ἀφροδίτη spuma, & γάλα lac. ¶ Aphronitrum, { ἀφρονίτρη. GALL. Escume d'une sorte de salpêtre. ITAL. Schiuma di salnitro. GERM. Schaum des salpeters. HISP. Alastron. ANGL. Salpeter. } Spuma nitri: de qua Plin. lib. 3. cap. 10. & Martial. lib. 14.

Rusticius es? nescis quid Graco nomine dicar:

Spuma vocor nitri; Græsus es? Aphronitrum.

Aphron, Plinio herba est ex generibus papaveris, foliis (si proprius in- tuearis) palerum speciem repræsentantibus, radicem habens in summa terræ cute, semine spumoso. A Dioscoride μέντας ἀφρωδίτης, hoc est, spumeum papaver, appellatur: de hoc Plin. lib. 20. c. 19.

Aphroscorodon, ἀφροσκόροδον, genus est allii majoris incrementi, quod à Plinio Ulpicum vocatur. Nominis ratio diversa traditur. Nam Col. ab Aphris nomen sumpsisse existimat. Ulpicum (inquit) quod quidam allium Panicum vocant. Græci Aphroscorodon. Plin. à spuma dictum existimat, quam gigant in pulmentariis, quibus adhibetur: ita enim habet lib. 19. cap. 6. Ulpicum quoque in genere Graci ap- pellaverunt allium Cyprium, præcipue Aphrice celebratum inter pulmentaria turis, grandius allio. Tritum in oleo & aceto mirum quantum increbat spuma.

Aphroscelenus, ἀφροσέλενος, lapis alio nocturne Selenites dictus, άφροσέλενος αύρα νυκτὸς μήνος τῷ τῇ σελήνης μεταρχήσεο. Nascentur in Arabia, colore candido, pellucidus & minimè ponderosus. A Latinis etiam Lunaris appellantur. Vide Dioscor. lib. 5.

Aphæha, ἀφετη. Exulcerationes sunt in summo ore, infantibus peculiares, proventives virtutis latentes quo nutruntur, calido humore corrupti. Oriuntur & in ætate provectionibus, quum ora illis infirmescunt, ru- bescuntque, calidis humoribus cō commeantibus. Vide plura apud Cæl. Rhod. lib. 9. cap. 20.

Aphthides, pars Ægypti. Steph.

Aphthonius, ἀφθόνος, Sophiste cuiusdam noven, qui in Rhetorica Hermogenis εργαζομένη, hoc est, præexcitationes conscripsit, quæ etiam hodie extant.

Aphyta, ἀφίτη, piscis genus, candidum, molle ac tenerum, quod ad motum igni protinus decoquitur. Unde proverbium, Aphya ad ignem, in ea que celeriter intereunt, aut consumuntur. Piscis huius meminit Aribo. lib. 6. Animal. Theodorus Apuanus vertit, Atheniensis πλαγιαὶ φύει, hoc est, mendicorum opsonium vocare solent, ob nimiam rei vilitatem. Cicer. Attic. lib. 4. Aphym populi vocat fentinam, & fordes populi. Quare (inquit) ut homini curioso, ita prescribe ad me: qui primus dies, quid secundus, quid Censores, quid Appius, quid illa populi Aphya, denique etiam quid de te fiat, ad me velim scribas. Vide Cæl. lib. 5. cap. 19.

Aphythagoras, Ctesias (referente Plinio) arbores quasdam esse volvū iuxta Hypobarum Indiæ fluvium, electrum ferentes: vocéque hac prædulcem suavitatem significari tradidit. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

Aphytæ, es, ἀφύτη, sive Aphytis, ἀφίτη, oppidum est Thraciæ, non pro- cul à Pallene, Apollinis oraculo insigne: ab Aphyo quodam indi- gena ita appellatum. Huius incolæ dicuntur Aphytæ, ἀφύται. Ste- phano.

Aopianus, a, um, quod apes avidæ sumunt: μαρτυρία. Unde Apianæ uvæ dictæ sunt, quas muscæ insectantur: nunc vulgo à muscis, Mus- catelle dicuntur. Plin. lib. 13. cap. 2. Aopianæ, apes dedere cognomen, præcipue carum avidæ. Col. lib. 12. cap. 24. Pastum si ex uva apiana facere volueris, uvam apianam integrum legito. Idem lib. 3. cap. 2. Magnis etiam dotibus tres apianæ commendantur, omnes feraces, jugoque & arboribus satis idoneæ: generosior tamen uva, quæ nudis foliis est. Nam due lanæ, quamvis frondibus, & palmitum facie fluxuræ, qualitate sunt dispariles, quum tardius altera recipiat cariem vetustatis. Pingui solo feracissimæ, mediocri quoque fœundæ, præ- coqui fructus. Ideoque frigidis locis aptissimæ, vini dulcis, sed capiti, neruis, venisque non aptæ, nisi maturæ lectæ. Pluviis, ventisque, & apibus afferunt prædam, quarum vocabulo propter hanc ex popula- tionem cognominantur.

Apiæ, αμμα, à Græcis arbor dicitur, quam Latini Pyrum vocant.

Apiastrum, { μιλιωδόν. HISP. Torongil. } à tauro deductum, quasi dicas, herba filiarum tauri, id est apum:

Apicæ oves, dictæ quæ ventrem glabrum habent, Festus; sive quæ non amplio corpore sunt, nec multam lanam habent circa corpus totum. { ἀφράδης καρβατα. GALL. Brebis pelées sous le ventre. ITAL. Pecore che non hanno molta lana. GERM. Schaaff die nicht wol bei leib sind und wenig wollen haben. Dürre und blutte schaff. HISP. Las ovejas que tienen el vientre lamiño. ANGL. A kind of sheep with an little body, an little wool. } Plin. lib. 8. cap. 48. In ipsa ove satis gene- rositatis ostenditur brevitate crurum, ventris veltitu: quibus nudus esset, Apicas vocabant, damnabantque. Idem scribit Varr. lib. 2. cap. 2.

Apicire, ligare. Apicitus, ligatus. Quid si allicire, sive alliciare, allicitus, sive alliciatus, ligatus à licio, μιλη non placet. Simplicissima emen- datio est aptare, ligare, aptatus, ligatus.

Apicire, ligare. Gloss. Isid. Hoc esset quasi ab apice. ¶

Apicula, vide Apes, & Apecula.

Apiculus, vide Apex.

Apidanius, ἀπιδαῖος, fluvius est Thessaliæ, cui Enipeus, Melas, & Phœ- nix miscentur, quos ipse secum in Peneon defert, ut habet Lucan. lib. 1.

— it gurgite vasto

Apidanus, nunquamque teler, nisi missus Enipeus.

Apilascus, udis, Plin. lib. 33. cap. 4. Nam aurum quod ad pilas cudent, Apilascudem vocant.

Apinæ, & Tricæ, duo oppida Apulæ fuerunt, quæ Diomedes evertit tanta ignominia, ut in proverbii ludibrium transierint. Quoties enim rem nullius pretii ostendere volumus, Apinas & Tricas nominamus. Martial. lib. 13.

Sunt Apina, Tricae, & si quid vilius isti.

Apinæ, Nuces vocantur (inquit Perottus) quæ cùtem verius quam putamen, adeò mollem habent, ut simul mandantur. Apud Plin. *ramen lib. 15. cap. 10.* unde Perottus hæc ad verbum descripsit, Sapinem, hoc nucis genus, non Apinam nominarum invenimus.

|| Apio, ligo. Gloss. Arabic. Sed videtur legendum *apo*: quod *infra*. || Apiria, ἀπίστα, inexperienced. Cic. de Finib. vertit Infinitiōem. Quarum, inquit, incurſionem non ſolum videamus, ſed etiam cogitemus infinitiōem iſam, quam Apiriam vocant.

Apis, vide *Apes*.

Apis, ἄπις, bovis nomen apud Ægyptios, quem pro Deo colebant: alio nomine Serapis dictus. Corpore erat niger, candida fronte, in tergo alba nota insignis, duplicebus pilis in cauda, & lingua cantharo notatus, quem certos viræ annos excedere non licebat. Hunc in lacum demersum Ægyptij, indicto iustitio, veste ſcissa, & laceratis crinibus defunctum plangebant: invento vero alio mirifice labantur. Responsa autem dare non ut reliqua oracula ſolitus, ſed ſi manu oblatum pabulum ſumperiffet à consulētibus, ſecundos eventus, atque omnia proſpera decernebat: ſi vero abnueret, omnia ſinistra portendebat. Ideo quum à Germanico Cæſare pabulum oblatum reuillaret, finem omen, & indubiam necem, quæ paulo post ſequuta eſt, prænuntiavit. Hæc Alexander ab Alexandro *lib. 6. cap. 2.* & eadem ferè Marcellinus *lib. 22.*

Apifcōr, eris, cuius præteritum volunt eſſe Aptus ſum, Acquiro. קָנָה kānah. GALL. Recouurer, joūir. ITAL. Aquifare. GERM. Oberkommen/erlangen. Hisp. Alcançar lo deſſeado. ANGL. To gett, to obtene, to recover. } Verbū ſt penē obſoleturn, quod nonniſi apud antiquiſſimos legitur. Hæreditatē ſum aptus. Plaut. Capt. ſc. 3. aſt. 4. Lucr. lib. 1.

Nec ratione animi, quam qui viſi poſſit apifci. Idem *lib. 6.*

Quippe etenim nullo ceſſabant tempore apifci.

Ex aliis alios avidi contagia morbi.

In Jurisconsultorū libris adhuc frequenter legitur apifci poſſiōnem, pro adipifci. Hujus composita ſunt Adipifcor, & indipifcor, de quibus ſuis locis.

|| Apis mergis, loca calentia apum. Ifid. Gloss. ||

Apiftōs (quod haec tenus hic perperam pro gemmæ nomine lectum eſt) lege Apiftōs ἄψιθος.

Apicīus, ἄπικος, omnium nepotum fuit princeps, cui parum viſum eſt, & principum congiaria, & Capitolij veſtigal coſeſſationibus devoraffe, niſi ſuę etiam gulæ monumentum posteris reliquiffet, conſcriptis de gulæ irritamentis aliquot libris. Hunc vixisse ſuo ſeculo teſtatur Seneca in lib. de confol. ad Helviam.

Xpium, herba eſt hortensis. { οἰλιν. GALL. Persil. ITAL. Petroſemolo. Hisp. Perexil. ANGL. Persley. } Ex hac ſiebant apud antiquos coronae victoribus in Nemorum ſacris certaminibus. Juvenalis,

Gaudentes ſædo peregrina ad pulpita ſaltu

Proſtitui, Graiaque apium meruisse corona.

Quidam hoc nomen ab apice deducunt, quia antiqui apicem capitū apio coronabant: unde eſt illud dictum,

Quod apex hoc ferre ſolebat

Victoris, veterum fieret dum more triumphus,

Ipſe ſibi talem prior imposuiffe coronam

Dicitur Alcides.

Aquiliæ, diæti sunt signiferi in Romana militia, αἰτοφόροι, ab aquila, quam Romanis legionibus Marius in secundo Consulatu suo propriæ dicavit: fuitque tanquam princeps totius legionis signum. Cæs. 3. de bel. Ciui. In eo prælio quum gravi vulnere esset affectus aquilifer. Vide Suet. in Cæs. cap. 62. Habuerunt & Romani alia quatuor signa, videlicet lupos, minotauros, equos, apes, quæ singulos ordines anteibant. Item & Dracones, unde Draconarii. Postea tamen repulsis cæteris, unam servaverunt aquilam.

Aquilegium, Aquæ collectio, & aquæ ductus. { καρυός. ANGL. A cunctio or conveyance of water. Plaut. Si pluet, aquilegio juvabo.

Aquileia, εὐελπία, vulgo Aquilia, Carnorum metropolis, iuxta quam defuit Timavus: à legendis aquis dicta. Martialis,

Et tu Leda felix Aquileia Timavo.

Plin. Aquileiam collocat in decima regione Italiae. lib. 3. c. 17. Fuit autem Romanorum colonia duodecies mille passibus à mari sita. Ad eam flumine adverso onerariis navigatur navibus per Natisonem fluvium. Ex qua orti sunt Chiomatus, ad quem Hieronymus saepe scripsit, & Rufinus Græcæ Latinæque eruditus, qui Iosephum convertit in Latinum, cuius archetypus est Mediolani in sancti Ambrosii fano, Longobardis characteribus cariosissimus.

Aquilex, egis. uperhō, GALL. Maistre fontenier qui trouve les sources d'eau.

Aquilius, αἰτία. Cognomen Iurisconsulti, factum à colore subnigro. Festus. Item Historicus. Suet. August. c. 11. de quo Gell. cap. 22. lib. 2. Item, Aquiliorum conjuratio. Plut. in Publico.

Aquilo, Ventus Septentrionalis, frigidus & siccus: ita dictus à vehementissimo volatu instar Aquilæ. Festus. { οἶνος τσοφόν. βρομε. GALL. Le vent de Bise, le vent de Septentrion, du Nort. ITAL. Aquilone, borea. GER M. Nortwind, der Byser, der Schindenhengst von mitternacht. HIS P. Reganon, viento entre Norte y Solano. ANGL. The northwind. { Ovid. Eleg. 10. lib. 3. Trist. — Aequato siccis Aquilonibus Istro.

Ibidem,

Tantæque committi vis est Aquilonis, ut altæ.

Æquei humo turres, &c.

Et Eleg. 10. lib. 1.

— strident Aquilone rudentes.

De hoc scribit idem lib. 5. Metam.

Apta mihi vis est, quæ tristia nubila pello,

Et freta concutio, nodosaque robora verto,

Induroque nives, & terras grandine pulso.

Idem ego quum fratres cælo sum nautilus aperito;

(Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor,

Vt medius nostris concursibus insonet aether,

Exsiliantque cavis elisi nubibus ignes.

Idem ego quum subii conuexa foramina terra,

Supposuique feroci imis mea tetra cavernis,

Sollicias mares, totumque tremoribus orbem.

Flat autem hic ventus, teste Plin. lib. 2. cap. 47. inter Septentrionem & ortum solstitialiem, è regione Cauri.

Aquilonaris, e, adjectivum. { נְוַנְדָּק tsephoni. βόρειος. ANGL. Toward the north. { Cic. de nat. deor. Sed etiam regio, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis.

Aquilonis, a, um, ut loca Aquilonia, in quibus flat Aquilo. Plin. lib. 27. cap. 13. Omnes verò herbæ vehementiores effectu viribusque sunt in frigidis locis, ut in Aquiloniis. Col. lib. 11. c. 2. Aquilonius pisces definit oriri.

Aquilus, a, um, cölör fuscus & subniger, ab Aqua. { נְוַנְדָּק schachor. βόρειος, βρομε. GALL. Brun, tirant sur le blanc & sur le noir. ITAL. Fosco, al quanto negro. GER M. Braun, dunkelblau. HIS P. Un poco negro. ANGL. Dunne colour, tho colour of water, half whyte half blake. { Nā quum antiqui duos omnino naturales colores noscerent, album scilicet & nigrum, intervenit is quoque, qui ita neutri similis est, ut tam ab utroque proprietatem trahat: quem potissimum ab aqua nominaverunt, cuius incertus est color. Plaut. in Pæn. Statura haud magna, colore aquilo. Suet. in August. Nasum à summo eminentrem, & ab imo diductiorem, colore in inter aquilum candidumque.

Aquinum, ακεῖον Ptolemæo, vulgo Acquino, oppidum est Latii; aut (ut aliis placet) Campania, Cicer. 2. Phil. Quum Roman proficisciens ad Aquinum decederet, obviam processit magna sanè multitudo.

Aquipenser, genus pisces, pro Acipenser. ὄνιος.

Aquisgranum, Germaniæ nobilissima civitas, prius Vegeta dicta, Caroli

Magni sepulchro nobilitata. Vulgo Aquisgrano. { GER M. Aach. {

Aquitania, ακεῖαν, Regio & tertia Galliæ pars, ab obliquis aquis Liguris. Vulgo Guienne. Hæc à Circio Oceanum habet, qui Aquitanicus dicitur: à Meridie Hispaniam, à Septentrione Lugdunensem provinciam: ab Ortu Narbonensem: in ea Tolosa, & Burdigala civitates. Hinc Aquitanus, a, um: unde Aquitani populi, ακεῖαν.

Aquitæ, Sacerdotis nomen apud Phasidem. Val. Flac. lib. 6.

— magnique sacerdos

Phasidis arctoris Aquites errabat in agris.

Aquivergia, aquarum divergia & diverticula. Innoc.

Aquila, oppidum Hetruriæ, unde Aquulenses & Aquenses, Plinio & Ptolomæo dicti.

Ar veteribus, pro ad: ut Arduitur, pro additur, h. e. additur: Arlabitur, pro adlabitur. Prisc. Sic Arferiam aquam dicebant, & Arferium vinum, pro quo inferis adferebantur, ac libabantur, vino atque aqua.

Ārā, quasi ansa, ut Var. placet, dicta est à tripodibus, quod sacrificantes ansas tenerent: vel potius, quia precantes manibus aras apprehenderent. { נְבָנָה mirbeach. βρομε. GALL. Autel. ITAL. Altare. GER M. Ein Altar. HIS P. Ara, ò altar. ANGL. An altar. Hinc Virg. Eneid.

Talibus orantem dittis, arāsque tenentem.

Primò ergo ansæ dictæ, deinde commutatione literarum aræ. Aræ apud Antiquos Aſæ dicebantur. Terent. Scaur. de Orthogr. deinde Aræ, mutata litterula. Sunt qui aras ab ardendo derivent, quod in iis victimæ adulcentur. Alii ab ἀράμε, quod est oro (unde & ἀρά oratio dicitur), quod in sacrificando oretur. Iurantes etiam olim aras tangebant. Unde celebratur nobilis illa Periclis sententia, Ad aras usque me amicum esse oportet: qua significatur, neminem amici causa aut peccare, aut quidam in honestum facere oportere. Qui bus nec ara, neque fides. Aristoph. εὐ αἴρενιον, εἰση, εἰς τη βασιον, εἰς τη σημεῖον, εἰς τη φύσιν, εἰς τη φύσιν. Queis nec ara, nec fides, nec ulla durant frēdera, de vehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxavit Euripides. Tanquam ad aram confugere, proverbiali figura dicimus, quum extremum refugium intelligi volumus. Inde sumptum, quod olim qui extrema necessitate urgebantur, ad aras Deorum solerent confugere, unde nefas erat quenquam extrahere. Cicer. usus est hoc proverbio in Orat. pro Rosc. lib. 3. de nat. deor. & 4. act. in Verr. & Plaut. Mostellaria. Aræ pro Penatibus, numeri plur. sunt: Diomed. lib. 1. ferè in principio. Ara, quam sepulcrum Scipionis arbitrabar. Senec. epist. 85. Est & Ara signum cælestis. Aræ etiam locus in mari, de quo Virgil. 1. Eneid.

Fumida cingatur florentibus ara coronis.

Ovid. Eleg. 13. lib. 3. Trist. Ara (Tauricæ Diana) cruenta ante feras. Idem Eleg. 4. lib. 4. Trist.

Vnica fortunis ara reperta meis.

Ibidein,

— sacram quamvis invisus ad aram

Configiam, nullus submoret ara manus.

Idem Eleg. 1. lib. 5. Trist.

— addicis aris

Lator eluxit strigos super ignis acervos.

Tibul. lib. 4.

Ara Veneris ante, alias iuxta Lenonis forens. Plaut. Curc. sc. 1. a. 1. Siquidem mihi stiruam & aram statuis, & ut Deo mihi immolas bovem. Idem fin. c. 3. a. 3. & Aul. sc. 1. a. 4. Pro aris focisque dimicare dicimus, quum nobis de re chara sciaque certamen est incundum,

ineundum, fortique animo pugnandum. ¶ Est etiam Ara civitas Arabiae regia, necnon & insula Arabiae regi adjacens, ut scribit Ptolemaeus. Habet autem hoc nomen priorem syllabam productam. Hara autem cum h, eandem corripit, & significat pororum, seu avium stabulum, συφίσσειον, συφέος. Ovid. in Epist. Penelopes ad Ulysses.

Tertius immunda cura fidelis hara.

De hoc plura suo loco. Ara sydus celeste. Cic. de nat. deor.

Deinde Nepa cornes propter fulgentis acumen

Aram, quam flatu permulces spiritus austri.

Ara dicuntur etiam laxa quae inter Africam & Sardiniam medio mari eminent. Ara dicta propterea quod ibi Afri & Romani foedus inierunt, & fines imperii sui illuc esse voluerunt. Hec ferè Servius in illud Virg. I. Aeneid.

Tres notus abreptas in saxa latentia torquet,

Saxa vocant Itali mediis que in fluctibus, aras.

Arula, idem quod focusus Tertulliano in Apolog.

Arabarches, ἀραράχης (ut pulchre ostendit Alc. lib. 1. Prætermisso- rum) dicebatur publicanus, qui præcerat exigendo vectigali de pecoribus, quae ex Arabia in Ægyptum adducebantur. Horum autem officium Arabarchia, ἀραράχης vocatur. Super hac re extat Constitutio Val. Græc. Theod. Imp. in hac verba, Usurpationem totius licentia submovemus circa vectigal arabarchia, per Ægyptum atque Augustanam constitutum, nihilque super transductione animalium vendicari permittimus. Hinc facile intelligi potest sententia horum versuum apud Juvenalem,

Atque triumphales inter quos ausus habere

Nescio qui titulos Ægyptius, aut Arabarches.

Invenitur enim in T. Alexandrum natione Ægyptum, quem Arabarchem vocat, hoc est, Ægyptum publicanum.

ARABIA, ἀραβία, regio inter Iudeam & Ægyptum, ab Arabo Apollinis ex Babylone filio, Solinus Arabiam interpretatur sacram. ¶ Est autem triplex Arabia, secundum Plin. lib. 2. Una Felix, ἀραματόπορος, δύσιστος, λιμνοφόρος: altera Petrea, πετράς: tertia deserta, ἄρμος: de quibus plura in dictione sequenti. In Arabia est mons Sina, qui & Orcb, in quo Moses legem accepit. In eadem & Phœnix avis nascitur, & Sardonix gemma. ¶ Arabia Petrea, ἀραβία πετρών. Sic dicta à Petra vetustissimo oppido: pars illa Arabie, quae est Ægypto, Iudeæ & que confinis. Autor Ptolom. Straboni ac Plin. alio nomine Nabathæa dicitur. Post Petram sequitur alia Arabie pars, Arabia deserta Ptolom. vocata, Straboni autem Scenitis, ἀράβη τοιωτή, quod gens yaga, & sine ædificiis in tentoriis habitat. Hæc à meridi montibus Arabie Felicis cincta est, à Septentrione Mesopotamiam habet, ab Occidente Petram. Cayam Arabiam serere, τὸν κείλον Αραβίλων αερίου, pro frustra lūdere, aut in re perdifficili, nec admodum frugifera operam consumere. Luc. in Apologia. ¶ Arabia Felix Meridiem versus, inter duos sinus Arabicum & Persicum, veluti peninsula excurrit, fluminibus scatens: quæ, ut Strabo scripsit, bis quotannis, ut India, seruit, ob fœcunditatem. Vide Plin. lib. 6. cap. 28.

Arabs, is, ἀράβη, Gentile nomen est, quo is significatur, qui ex Arabia ortum traxit. Virg. 4. Aeneid.

— omnis ex terrore Ægyptus, & Indi,

Omnis Arabs, omnes vertebarunt terga Sabæi.

Plaut. Cura. sc. 1. a. 3. Arabs Syros subegit, ibidem a. t.

Arabulus, & Arabicus, ἀραβίος, a. um, ut Arabicus odor. Plaut. Mor. sc. 5.

a. 2. Ut arabico ei (Diana) fumificem odore. Propert.

Nec si qua Arabbo lucebombyce puella:

ubi metti causa legendum est Arabbo. ¶ Arabicus tibicen, ἀραβίος αὐτοῖς: aut, Arabius nuntius, ἀραβίος αὐτοῖς. In eos dici solitum, qui à semel cœptis nunquam desistunt. Adagium hinc natum existimant, quod olim sola mancipia musicam exercerent, quæ plerumque ex Arabia producebantur. Citatur ex Menandro, illiusque meminit Iul. Pollux.

Arabicē, adverb. ut, Arabicē olere, id est, bene olere, & odoribus Arabi- cis. Festus. ἀραβίκως ὅτεν.

Arabilis, vide Aro.

Arabus, i. Arabs. Virgil. lib. 7.

Hircanisue, Arabisue parant.

Arabus, ἀραβίος, Apollinis fuit filius ex Babylone, ut inquit Plin. lib. 7. cap. 56. quem medicinae artis quidam voluerunt extitisse reperto- rem. ¶ Est & Arabus lapis, teste Plin. lib. 36. cap. 21. eburnei candoris, qui in pulverem redactus, aptissimus est dentifriciis.

Arachne, ἀράχνη, nomen puellæ Lydiæ, quæ quum de lanificio ausa fuisset cum Pallade certare, victrice dea, percussa radio, in araneam est commutata. Verum hoc à poëtis fictum est. Constat enim, autore Plin. Arachnem linum & retia invenisse; Closterem autem, filium eius, fusos in lanificio. Suidas scribit ἀράχνη, filum esse & licium tenuissimum: ἀράχνη, fœminini generis, telam, seu texturam: ma- culino genere, ἀράχνη, pusillum animal ita dictum, quod rara mol- liaque habeat vestigia.

Arachosia, ἀράχωσια, regio est Scythæ Asiaticæ, Drangianis, & Gedro- diis finitima: cuius præcipua civitates sunt Alexandria, & Arachos- tus, ἀράχοτος, quæ regioni nomen dedit. Vide Strab. lib. 11. & Ptol. lib. 6. cap. 20.

Arachthus, ἀράχθος, fluvius est Epiti, non procul à Nicopoli, in sinum Ambracium influens. Meminit hujus fluvii. Plin. lib. 4. c. 1. & Ptolom. lib. 3. cap. 14.

Aracie fucus, dicuntur albæ, pediculo minimo, latissima, de quibus Plin. lib. 13. c. 18.

Arachus, ἀράχη, sive ἀράχη, Theophrasto: (sylvestris vero Arachus, δευτ. Galeno. Vide Clymenum) leguminis genus: Gallis Vesce- ron. Italis Mocho.

Aracynthus, ἀρακίνθης, mons est Acarnania, teste Plin. lib. 4. cap. 2.

¶ Est & alter in Attica mons ejusdem nominis: de quo Virg. 2. Eclog. Amphion Dircaeus in Acteo Aracyntho. Sunt tamen qui puente ibi Virgilium personæ pastoritæ rationem habuisse, ideoque in Attica montem collocasse, qui revera est in Acarnania, cuius generis pleraque etiam apud Theocritum animadvertisimus. Stephano-

nus præterea Aracynthum in Bœotia collocat: à quo Minervam Aracynthiam dictam scribit.

Araduca, ἀραδίκη, urbs Lusitanæ, quæ vulgo ab Hispanis Arzua dicitur. De hac Ptol. lib. 2. cap. 5.

Aradus, ἀραδος. Insula est, sive potius urbs in petra sita, habens in am- bitu septem circiter stadia, distans à Phœnicio, cui adjacet, viginti sta- diis. Estque, ut tradit Strab. lib. 16. una ex Phœnicia urbibus, quæ Tripoli sufficiunt: reliquæ duæ sunt Tyrus ac Sidon. Huius etiam meminit Plin. lib. 5. cap. 31. In Phœnicio, inquit, mari est ante Ioppæ Patia, tota oppidum, in qua objectam Andromedam bellua fe- rent, iam dicta Arados: inter quam & continentem quinquaginta cubita alto mari (ut auctor est Mutianus) ē fonte dulcis aqua tubo coriis facta usque à vado trahitur. E regione cius insulæ, ad Me- ridiem, urbs est huic opposita, quæ olim Antarados, hodie Tortosa vocatur.

Aræflavia, urbs Germaniæ, non procul à Danubio fluvio, quam Ger- mani sua lingua Nördlingen vocant, alii putant Heydenheim.

Aræsyncritus, ἀραισυκρίτης, cuius corpus raro texture est & transpirabile: ab ἀραιδος rarus, & ὑψηγίαν contrabo. ¶

Arætyreæ, ἀραιτυρια, regiuncula est Achaiæ propriæ dictæ, postea Aso- phis dicta, urbem habens ejusdem nominis, quam Homeris in Cata- logo ab amoenitate commendat, ἀραιτυρια ἡ πατήσια eam appellans: de hac Plin. lib. 4. cap. 5. & Strabo lib. 8.

Aragus, ἀραγος, fluvius Massagetum agram irrigans, cuius meminit Strab. lib. 11.

Aramei, teste Plin. lib. 5. cap. 17. Antiquis dicti sunt Scythæ, alio nomine Sacæ à Persis appellati.

ARANEÆ, α, idem quod aranæus. { ἀράνη. GALL. Aragnæ. ITAL. Ragno, aragna. GERM. Ein Spinnwepp. HISP. Araña. ANGL. Aspide. Ovid. 4. Met.

— non illud opus tenuissima vincant

Stamina, nec summo quæ pendet aranea tigno.

Virg. 4. Georg.

Laxos in foribus suspendit aranea calles.

Ovid. 6. Metamorph.

Si tamen antiquas exerceat aranea telas.

Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Plin. lib. 24. cap. 9. id est, in lanuginem araneæ similem. Araneatum telis similes leges. Plut. in Solon.

Aranæus, i, animalculum ex genere insectorum, quod Græci ἀράχνη appellant. { שַׂבְּכָה ḥαצְחָקִים, טַבְּשָׁה ḥַמְמָמִת. GALL. Aragnæ. ITAL. Ragno, aragna. GERM. Ein Spinnwepp. HISP. Araña. ANGL. Spider or cobweb. } Huius multa sunt genera: unum ta- men præcipuum, nullique incognitum, quod miro quodam artificio telas ordit, quibus muscae irretiuntur. Plaut. in Asin. sc. 4. a. 2. Ius- fin' columnis dejicer opera araneorum? Idem in Sticho, Ut operam omnem araneorum tergam, & texturam improbum, dejiciamque eorum omnes telas. Idem Aul. sc. 2. a. 1. Inaniis oppletæ sunt atque araneis. Item, Araneas ergo illas mihi servari volo. ¶ Sunt & ex araneorum genere Phalangia Italiæ nota (ut scribit Plin. lib. 29. cap. 4.) quorum noxiæ morsus, corpus exiguum, varium & acuminatum. Hæc rursus in multis secentur species, quas vide apud eundem loco iam citato. Sunt & alia araneorum genera, quæ latius explicat idem Plin. lib. 11. c. 54. ¶ Araneorum telas texere, τὰ ἀράνηα υποφένει, id est, in re frivola, nulliusque frugis infinitum atque anxiū capere labore. Refertur à D. Basilio initio enarrat. Hexaëmer. ¶ Est præterea Araneus, vitium peculiare vitibus & olivis, quum veluti telæ in- volvunt fructum & absument. De hoc Plin. lib. 17. c. 24. ¶ Est etiam pisces quidam hoc nomine, mari peculiaris, noxiæ in dorso spinam ferens: de quo Plin. lib. 9. c. 48. & lib. 32. c. 11. ¶ Araneus mus, ani- mal est ex genere mustelarum, morsu venenato, quod si orbitam tran- sierit, statim emoritur, οὐ γάλλη. De hoc Plin. lib. 8. cap. 38. & Aelianus lib. 8. cap. 39.

Arancolus, ἀρακιδης, parvus araneus. Virg. in Catull.

Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.

Aranæola, α, idem quod Araneolus. { ANGL. A little spider or cobweb. } Cic. de nat. deor. Ut in araneolis alia quasi retexunt, alia ex improviso observant.

Aranæösus, a. um, araneorum faciem habens. { ἀράκιος. GALL. Ara- gneux, plein d'aragnées, semblable aux toiles d'aragnées. ITAL. Pleno de ragni, simile à tele di ragno. GERM. Das der Spinnwepp gleich ist/ oder von Spinnwéppen ist. HISP. Lleno de Arañas ó tela- ranas. ANGL. Full of spiders webbes. } ut, Araneolus caulis. Plin. lib. 21. cap. 15. Huic similis est spina illa, quam Græci Acanthion vocant, minoribus multò foliis aculeatis per extremitates, & araneola lanagine obductis, lib. 24. c. 12. Araneum est quod textum est ab araneis, tela sive rete araneorum. Neque in hac significatione, Aranea, dicendum est, quod usque adhuc falsò hic notatum fuit. Repudiatur enim hoc primum Latine loquentium usus, deinde etiam authoritas Cor. Front. qui aperte scribit, Araneam esse quæ texit: Arancum quod textum est. ¶ Araneolus vomitus. Plin. lib. 29. cap. 4. Peior utroque est cæruleus, lanagine nigra caliginem concitans, & vomitus araneolus, hoc est, in quibus telæ araneæ conspicuntur, ut ait Sipontinus.

Araris, per apocopen Arar, ἀράρη, fluvius Galliæ Lugdunensis, à monte Vogeso per fineis Heduorum & Sequanorum in Rhôdanum fluens. Lucan. lib. 6.

— Rhodanumque fluentem

Praecipitavit Arar.

Hodie Saone dicitur. ¶ Alius est ab eo qui per Heluetios lapsus, ho- die Arola, vulgo Ar dicitur.

Aratus, ἀράτη, fluvius Scythæ Europæ, in Istrum influens, cuius me- minit Herod. lib. 4.

Aratio, Aratiuncula, Arator, Aratrum, Aratrum, vide Aro.

Arator, Poëta Christianus, Rōmanus, Subdiaconus fuit, qui Apostolo- rum acta hexametro versu conscripsit, ut notat Volaterranus.

Aratus, ἀράτη, Poëta Cilix, Astronomæ peritissimus, cuius Pheno- mena

mena extant Græcè, & Latinè à Cicerone adhuc adolescentē versā.
¶ Fuit & alter Aratus dux Sicyonius, vir optimus, qui patriam suam
à tyrannide liberavit: de quo Cic. 3. Offic.

Araurius, ἄραυρος Ptolomæo, vel (ut Straboni placet) Rauraris, flu-
vius est Galliæ Narbonensis, non procul à Massilia.

Arausio, civitas est Galliæ Narbonensis, prope Ayenionem, principatu
nobilissimo insignis, vulgo Aurange. Huius oppidi meminit Plin.
lib. 3. cap. 4. Strab. lib. 4.

Araxes, ἄραξ, fluvius est Armeniæ eodem in monte, ex quo Euphra-
tes nascitur, ortum habens, Armeniāmque ab Atroparia dividens.
De hoc scribit Pomp. lib. 3. c. 5. Araxes Tauri latere demissus, quo
ad campos Armeniæ fecat, labitur placidus, neque in utram partem
eat, quanquam intuearis, manifestum. Quum in asperiora devenit,
hinc atque illinc rupibus pressus: & quanto angustior, tanto magis
pernix. Frangit se subinde ad apposita cautum: atque ob id in-
genti cum murmure, sonansque devolvit adeo cūtus, ut quā ex
præcipiti casurus est, in subiectam non declinet statim undam, sed
ultra quam canalem habet, evehat plus jugeris spatio, sublimis, &
aquis pendentibus semetipsum sine alveo ferens. Deinde ubi incurvo,
arcuatōque amne descendit, fit tranquillus, iterum per campos tac-
tus & vix fluens, in littus elabitur. Hæc ille. Meminit huius fluvii &
Plin. lib. 6. c. 9.

Araxum Plinio, ἄραξ Ptolomæo, Promontorium in occidua parte Pe-
loponnesi, non procul à Parthis. Vide Plin. lib. 4. c. 5. & Ptol. lib. 3. c. 5.

Arba, ἄρβα Plin. lib. 3. cap. 21. Insula est ante Illyricum, Ptol. verò lib. 2.
cap. ult. Arbam civitatem esse tradit Scardonæ, quæ est insula Illy-
rico adjacens.

Arbillæ, arvina, id est, pinguedo corporis. Festus. || Est arvilla ex arvina,
quod vide. ||

Arbii, ἄρβι, οὐδὲ εἴσαι Stephano populi sunt Indi finitimi, non procul
ab Arianis, & Gedrosiis: ita dicti ab Arbi vicino fluvio. Recensentur à
Plin. lib. 6. cap. 23.

Arbipendium, ἄρειον πεντήδεκα. Gloss. vet. aliter idem, & melius
arupendium, à pendulis seu examinandis aruis: idem Gloss. ar-
pendia ρεντία, id est, iugera. Colum. lib. 5. cap. 1. Galli semijugerum
arapennem vocant. Galli hodie quoque habent arpēnt, demy arpēnt,
iugerum. ||

Arbis, ἄρβη, fluvius est in finibus Germaniæ, non procul ab Arianis, &
Gedrosiis: à quo vicini populi Arbii, ἄρβιοι, dicuntur. Vide Plin. lib. 3.
cap. 2.

ARBITER, tri, Iudex honorarius, non à lege datus, sed ab iis, qui litigant,
electus, qui totius rei habet potestatem: dictus ab arbitriando, id est,
existimando. { פָּלִילִי, διαντίς. GALL. Arbitre. ITAL. Giudice, arbitro. GERM. Ein Scheidmann. HISP.
Iuez arbitro. ANGL. An arbiter, an umpyre. } Eius enim officium est iudicare, non ex lege & stricto iure, sed prout ipse æquum
esse existimet. Index verò ex officio dictus est. Terent. in Heautont.
Simo & Crito vicini hic ambigunt de finibus, me cepere arbitrum.
Cæs. 3. bell. ciu. De his rebus quum ageretur apud Cæsarem, isque
maxime vellit pro communi amico atque arbitro controversias re-
gum componere. ¶ Arbitrorum duo ponit genera Proculus D. lib. 17.
prosocio, l. 76. Arbitrorum, inquit, duo sunt genera, unum eiusmodi,
ut siue æquum sit, siue iniquum, parere debeamus: quod observatur,
cum ex compromisso ad arbitrum itum est. Alterum eiusmodi, ut ad
viri boni arbitratum redigi debeat, eti nominatim persona sit com-
prehensa, cuius arbitru hat. Ovid. 5. Fast.

Pacis & armorum superis, imisque deori m

Arbiter, alato qui pede carpis iter. (Mercur.)

Idem eleg. 2. lib. 5. Trist.

Arbiter imperii, quo certum est sospito cunctos

Ausoniæ curam gentis habere deos. (Augustus.)

Idem 3. Fast.

Arbiter armorum, de cuius sanguine natu

Credor: & ut credar pignora multa dabo.

Te arbitrum adduximus, an adigimus? Senec. Epist. 66. Ad arbitrum
veniam, i. agam mitius. Idem cap. 4. de Consol. ad Marc. Mihi arbitri
vicini sunt, mea quid fiat domi mox introspectant. Plaut. Men. sc. 2.
a. 2. Ne arbitrii nostra dicta arbitrii queant. Idem Capt. sc. 1. a. 2.
Æqui iusti sic eritis omnes arbitrii (de spectatoribus.) Idem prolog.
Amph. Arbitre muneric sui (Deus, fortuna, &c.) Senec. 10. de Cons.
ad Marc. Immunis ab omnibus arbitris domus (i. in quam nemo
dispicet.) ¶ Legitur & fœmininum Arbitra. Ambr. lib. 1. Offic.
Coscientia vera atque incorrupta, pœnarum, præmiorumque arbitra.
¶ Sine arbitris aliquid facere, id est, nemine vel vidente, vel audiente.
Plaut. Cistell. in latebras abscondas pectore penitissimo tuam stultitiam:
sola facito ut scias, sine arbitris. Livius lib. 1. Lucus erat, quem
medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: quod quia se
perspē Numa sine arbitris, velut ad congressum Dea inferebat, Ca-
micensis eum lucum sacravit: id est, clam, solus, nemine comitante. Sic
Cic. Offic. & 7. in Verr. Ameno sanè, & ab arbitris remoto loco, id
est, interpellatoribus crebris carente.

Arbitrarium, dicitur quod aliquis arbitrio est relictum: ita dictum ab
arbitrorum more, qui totius controversiæ suo arbitrio finienda pot-
estatem habent. { פָּלִילִי, διαντίς. GALL. Arbitraire. ITAL.
& HISp. Arbitrario. GERM. Willkommlich das eines guten willen
heimgesteckt ist. ANGL. That is committed to any man's arbitrie op-
inion. } Illi enim non ad summum iuris rigorem, sed quod ipsis æqui-
sum videtur, solent decidere. Unde arbitria poena dicitur, quæ
non lege statuta est, sed iudicis arbitrio relictæ. Martianus, Quam ce-
lebrem cuperent, sictor arbitrarius variabat. Plaut. in Amph. Hoc
quidem profecto certum est, non arbitratum.

Arbitrarius, pro voluntarius, qui est nostri arbitrii. Gell. lib. 18. cap. 10.
Σφυρις autem est intensio motus, & remissio in corde, & in arteria,
naturalis, non arbitrarii. Arbitria esse verba, idem cap. 4. lib. 10.

Arbitratus, us, Arbitrium, voluntas opinio. { Υπάρχασιν, γένη σφεψης.
Sphyrus. GALL. Arbitrage. ITAL. Farere, voluntà. GERM. Ein will,
gutdunken. HISp. Parecer, voluntad. ANGL. Vuhil, opinion, arbitre-

ment. } Plaut. in Amph. Mane, arbitratu tuo jusjurandum dabo.
Idem Men. sc. 5. a. 5. Deferatur ad me, ibi meo arbitratu potero cu-
rare hominem. Item, Tu o arbitratu maximè. Idem Pseud. sc. 2. a. 2.
Si meo arbitratu liecat, omnes pendeant. Idem. Pseud. sc. 5. a. 1. Di-
te ament, vel hujus arbitratu, vel meo. Ibidem sc. 3. a. 1. L. Concede
(id est, recede.) C. Tu o arbitratu. Idem Curc. sc. 1. a. 3. & sc. 1. a. 1.
Dedunt se in ditionem & arbitratum Thebano populo. Idem Amph.
Manero tuo arbitratu (i. quandiu voles.) Idem Asin. sc. 2. a. 2.
Perseveratus es me tuo arbitratu. Idem Aul. sc. 2. a. 4. (bis.) Esurio,
non tibi. Tu o arbitratu. Idem Capt. sc. 1. a. 4. Cic. in Lal. Cuius dis-
putationis sententias memorie mandavi, quas in hoc libro exposui
meo arbitratu.

Arbitriò, sive Arbitriè, adverbium; ἀριθτάρ, idem quod pro arbit-
rio, hoc est, pro voluntate. Plaut. Pæn. Nunc pol ego perii cer-
tò, haud arbitriò.

Arbitrium, ij, Sententia est quæ ab arbitro statuitur. { פָּלִילִי,
διαντίς. GALL. Sentence d' arbitre, arbitrage. ITAL. Sentenza ar-
bitraria. GERM. Willkommlicher vnd gütiger entscheid, ein will. HISp.
Sentencia de juez arbitratio. ANGL. The sentence that the umpsires
or arbiter giveeth, the umpsires decree. } Interdum dicitur potestas
arbitrio data. Unde arbitrium suscepisse dicitur, qui partes iudicis
suscepit. Cic. in Proœmio Offic. Iudicio, arbitrióque nostro, quantum
quoque modò videbitur, hauriemus. Arbitrium classici certaminis
commisum Agrippæ. Velleius.

Non fuit arbitrij littera nostra tui.

Ovid. Eleg. 4. lib. 4. Trist. Arbitriæ captans armorum. Velleius.
¶ Interdum id est, quod opinio, sive voluntas, μόνη, το αὐτιζάτο:
ut, Omnia pro meo arbitrio facio, id est, ut mihi videtur, & ut opinor
faciendum. Cic. 1. de Finib. Ad arbitrium suum scribere. Arbitrii
alieni esse, Suet. in Claud. cap. 2. Homo sui arbitrij: idem in Tib.
cap. 17.

Statur, & arbitrium Romulus urbis habet.

Ovid. lib. 3. Fast.

Arbitrium est in sua tecta Iovi.

Sui arbitrii homo, Suet. in Tib. cap. 17. Iuris & arbitrii sui. Senec. 8.
de consol. ad Polyb. Ius arbitriūque. Suet. in Calig. 4.

Arbitrium tu Dea floris habe.

Ovid. 5. Fast. ¶ Arbitrium, item Potestas. Liv. 4. bell. Maced. Scilicet
si legem Oppiam abrogaveritis, non vestri arbitrii erit, si quid eius
vetare volueritis, quod nunc lex vetat. Horat.

Quem penes arbitrium est & vis, & norma lequendi.

¶ Item Arbitrium, pro præmio, Cic. in Pisonem. Eodem in templo,
codem & loci vestigio & temporis, arbitraria non mei solùm, sed pa-
triæ funeris abstulisti.

Arbitrör, aris, Existimo, censeo. { שְׁבַע כְּבָשָׁחָב, בְּלֵבְבָּלֶל. נַעֲמָנָה.
GALL. Arbitrer, donner sentence par arbitrage, penser, croire, esti-
mer. ITAL. Giudicare, pensare, estimare. GERM. Entscheiden/achten/
schlichten/ meinen. HISp. Iuzgar como arbitro, pensar. ANGL. To
think, to suppose, to judge, to give a decree as umpire. } Cic. 6.
Verr. Si hoc, quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere
arbitrabere, succedam ego vicarius tuo muneri, suscipiam partes, quas
alienas esse arbitrabar. Terent. Hecyr. Neque enim quemquam esse
arbitrabor. Velim te arbitrii id me facere tuæ rei causa, Plaut. Aul.
sc. 2. a. 1. Quem me hominem arbitrare nescio. Idem Men. sc. 1. a. 5.
Dabo jusjurandum arbitratu meo, tu me meam uxorem pudicam esse
arbitrarier. Idem Amph. Novarum ædium similem arbitror esse ho-
minem. Idem Most. sc. 2. a. 1. Arbitrii è tenebris quid alter agat. Te
si arbitrarem dignum (salute) misissim tibi. Idem Pseud. sc. 2. a. 4.
Nota Arbitrarem, pro arbitrarer, dictum. ¶ Interdum accipitur pro
speculari, κατασκοπεῖν, & inquirere, seu auscultare. Idem in Aul. sc. 1.
a. 4. Hinc ego huc & illuc potero, quid agam, arbitrari. ¶ Apud
Iurisconsult. Arbitrii, pro iudicare ponitur, & item arbitrio finire:
quod & δικτύον, à Græcis dicitur. Ulpian. de recept. arbitri. Si quis
litigatorum defuerit, quia per eum factum est, quominus arbitretur,
pœna committetur. Sic Arbitrata quæstio, i. dijudicata. Gell. c. 13.
lib. 2. ¶ Arbitrii, in patiendi significatione Ulpian. posuit in dicto
loco, & in l. 12. de religiosis. Sumptus funeris, inquit, arbitrantur pro
facultatibus, vel dignitate defuncti. ¶ Arbitrabunt. Plaut. Sticho:
Probiiores credo arbitrabunt, si probis narraveris. Sic Cælius anima-
lib. Ex scriptis eorum qui veri arbitrantur, passivè dixit.

Arbör, piscis est in Oceano Gaditano, tam vastis dispansis ramis, ut fre-
tum nunquam ingressus credatur. Autor Plin. lib. 9. cap. 4.

ARBOR, is, notæ significationis nomen: cuius appellatione continen-
tur plantæ majores, & dissolutu contumaces, quæ simplici caudice
ramisque brachiorum more porrectis assurgunt: cujusmodi sunt
olea, vitis, quercus, & similes. { γύψης, διρόπον, καρπόπον. GALL.
Arbre. ITAL. Albero, arbore. GERM. Ein baum. HISp. Arbol. ANGL.
A tree. } Plin. in Procœm. lib. 12. Summumque munus homini datum
arbores, sylvaque intelligebantur.

Cingit & angustas arbor oœca comas

(i. laurus.) Ovid. Eleg. 1. lib. 3. Trist. Generofioris arboris planta sta-
tim cum fructu est. Quint. Folia nunc cadunt, cadent arbores. Plaut.
Men. sc. 4. a. 2. Inscendam aliquam arborem, inde observabo. Idem
Aul. sc. 3. a. 4. ¶ Dicitur & arbos in nominativo. Virg. 4. Georg.

bviaque hospitiis teneat frondentibus arbos.

Hinc Festus, Arbosem, pro arbore antiqui dicebant, & Robosem pro
robore. ¶ Arborem fici, sicut arborem fici dici posse, ostendit Col-
um. lib. 5. cap. 11. quum ait, In scobem fici arbuseulam deponito.
¶ idem, Tum arborem fici detrunca. Cic. pro Flacco, Homini enim
Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum ob-
cisti. Pallad. lib. 5. cap. 5. Hoc mense pruni arbor inseritur. Id. lib. 12.
c. 7. Si languida pruni arbor est. Quod est contra Laurentium Vallam.
¶ Annosam arborem transplantare, γεράρειν μελεγετείν. In eos
dicitur, qui sc̄o atque exacta iam ætate conantur dediscere, quibus
diu iuvenes affueverint. Aut simpliciter de iis que fructu molimur.
¶ Post folia cadent in te arbores. Quoties admonebimus, Leviores
iniurias si quis ferat, sequi atrociores, veluti arborum decidua folia
negligua

negliguntur, verum aliquando sit, ut ipsae arboreis putres in caput subiecti decident. Plaut. Menach. ¶ Arbor deicta quivis ligna colligit, *Δέρδος μόνον, τὰς ἄλλας ξυλάδιν.* Si quem fortuna praepitem dederit, in hunc passim omnes incurunt, quisque quod potest deripit: iam enim sibi putant impune fore. Quo id innui videtur, egregia, benaque nata ingenia stitum maturescere & ad frugem pervenire. ¶ Arbor item pro malo navis ponitur. Invezial. Satyr. 12. Pro remo posuit Vir g. lib. 10. Aeneid. Arbores resinam sudantes sunt sex: pinus, pinaster, pinea, abies, larix, teda: quibus addi potest & septima, pinaster in Hispania. Quarum singularem descriptionem leges suis in locis.

Arborideus ramus dicitur qui alitur ut arboreseat, hoc est, ut arbor fiat, & arborea magnitudine adolescat. Colum. lib. 5. cap. 4.

Arborarius, a, um, adjectivum. { *Δέρδης*, ANGL. *Vvwhich breedeth in trees.* } ut, Arborarius picus, *Δρυογάλαζης*, qui in arboribus nidificat. Plin. lib. 30. cap. 16. Eo usque qui arborarii pici rostrum habeant.

Arboraria falx, apud Catonem cap. 11.

Arboratör, nomen verbale, ab Arboro, as, quod significat eum, qui arbores putat, qui & frondator dicitur. { *Δέρδης*, GALL. *Celuy qui plante, esmonde & cultive les arbres, iardinier.* ITAL. *Potatore d'Alberi.* GERM. *Ein beumseuberer/ der die beum erhabet.* HISP. *El que corta los arboles.* ANGL. *A woodman, he that loppeth trees.* } Plin. lib. 18. Frondem medio die arborator ne credito, Colum. lib. 11. c. 3. Nam & arator reperitur aliquis bonus, optimus fonsor, aut fœnilector, nec minus arborator & vinitor.

Arborecere, Arborem fieri, vel in arborem crescere. { *Δέρδης*, GALL. *Devenir arbre, croître en arbre.* ITAL. *Farsi arbore, arboreggiare.* GERM. *Zueinem baum werden.* HISP. *Hazerse poco à poco arbol, arbolecer.* ANGL. *To growe a tree, to waxe and become a tree.* } Plin. lib. 9. Tradunt authores, in Arabia malfas septimo mense arborecere.

Arbūtūm, *Δέρδης.* Arboreta. Gell. cap. 2. lib. 17. Vide paulò post in dictio ne Arbusta.

Arbōrēus, a, um, quod est arboris. { *Δέρδης*, GALL. D'arbre. ITAL. D'arbore. GERM. Das des baums ist. HISP. Cosa de materia de arbol. ANGL. Of a tree. } Virg. lib. 1. Georg. Arborei fructus alibi.

Arbuscula, diminutivum ab Arbor. { *Πυκίσσα*, *στάχη*, *δερδίσσα*. GALL. Arbris- seau, petit arbre. ITAL. Arboscello. GERM. Ein beumle. HISP. Pequeno arbol. ANGL. A little tree, a shrubbe. } Varr. lib. 1. de rer. rust. In co arbusculas esse oportet, quæ ferant glandem. Cels. lib. 5. c. 10. Sed antequam arbusculas transteras. ¶ Significat etiam machinulam, quæ Græcæ *παγίων* dicitur, in qua versantur rotarum axes conclusi laminis ferreis: de qua Vitruv. lib. 10. cap. 17. ¶ Arbuscula præterea nomen est mulieris cuiusdam mima. Horat. 1. Serm. Satyr. vlt.

Non ego: nam satis est equitem mihi plaudere, ut audax, Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit.

Arbūstā, loca consita arboribus. { *לְשׁוֹן* *אֶשְׁכֵל*, *לְשׁוֹן* *כַּחֲרֵשׁ*, *שִׁיחִים*, *תְּבִיבָה*. GALL. Bostage, ou boſe, lieu planté d'arbres. ITAL. Luoghi dove sono molti arbori, arborate, bruciati. GERM. Ein ort da beum stehn/ ein ort mit beumen/ an welchen die räben aufzogen sein. HISP. Arboledas de arboles. ANGL. A groves, a places plantée with trees. } Col. lib. 3. cap. 5. Qui vineam vel arbustum constitueret volet, seminaria prius facere debet. Docet etiam Plinius quomodo arbustum sit faciendum. Cic. in Arat. Arbusta ornata tegmine foliorum. Sen. epist. 87. De arbusto annoso transferendo & vite annosa difficit. Hoc & arboretum aliqui vocant. Gell. lib. 17. c. 2. Convalles, inquit, & arboreta magna erant. Ex verbis Claudi Quaedegani.

Arbustores, scrociiores. Tertull. ||

Arbūstūs, a, um, adjectivum, ut Arbūstivæ vites, quæ in arbustis plantate sunt, & arborib⁹ applicatæ, *ἀράβιδες, δερδίδες.* Pallad. Locum quem arbustivæ vitibus destinabis implere. Colum. de arboribus, cap. 16. Arbustivam vitam, quam putare, tam alligare diligenter oportet. Et lib. 3. cap. 13. Sive arbustivo, sive sylvestri loco.

Arbūsto, as, Agrum arboribus cōsero ad maritandas vites. { *לְשׁוֹן* *עַתְּנָתָה* *אֶשְׁכֵל*, *עַתְּנָתָה* *נָתָהָה* *בְּאַתָּה*, *דְּרוֹבְּפָרְתָּה*. GALL. Complanter d'arbres, garnir d'arbres pour soustenir la vigne. ITAL. Piantar arbori per sostegno delle viti. GERM. Beum zwiegen/ pflans gen/ dierden daran aufzuziehen. HISP. Plantar arboles para viñas. ANGL. To plant trees for the holding up of vine trees. } Plin. lib. 17. cap. 23. Transpadana Italia præter supradicta, cornu, populo, tilia, acere, orno, carpino arbustat agros.

Arbutūs, Arbor folio citro similis, sed raris frondibus, cuius fructus Arbutum, sed & unedō vocatur. { *Δέρδης*, GALL. Arbosier. ITAL. Corbezzolo, albatro. GERM. Ein baum der frucht bringt wie rote Firsen. HISP. Madroño, arbol conocido. ANGL. A crabbe tree. } Hec arbor in Arabia excrescit in altitudinem 50. cubitorum. Virg. Ecl. 7.

Et quævis rara viridis tegit arbutus umbra.

Arbūtūm, pomum rubrum sylvarum, quod Plin. unedonem vocat, quod asperitate sua plura edi non possint. { *Δέρδης*, GALL. Arbosier, fruit d'arbosier. ITAL. Corbezzolo. GERM. Die frucht von diesem baum. HISP. Madroño, arbol conocido. ANGL. The frute of a crabbe tree. } Virg. lib. 2. Georg. Dant arbuta sylva. Duo eius traduntur esse genera, Comaron, & Memeclyon. De quo vide plura apud Plin. lib. 22. cap. 15.

Arbutus, a, um, ex arbuto factum. { *Δέρδης*, GALL. Quis est d'arbosier. ITAL. Cosa facta di corbezzolo. GERM. Das aus solchem baum als vorgemelt/ gemacht wirt. HISP. Cosa de madroño. ANGL. Made of a crabbe tree. } ut, Arbutæ crates, & Arbutæ virgæ. Virg. 1. Georg. Arbutæ crates & mystica vannus lacchi.

Idem Aeneid.

— & molle pheretrum

Arbutæ texunt virgis.

ARCĀ, x, Scrinium, capsæ, { *לְשׁוֹן* *אָרָון*, *κιβώτιος*. GALL. Coffre, huiche, cassette. ITAL. Arca, cassa. GERM. Ein tisch/ ein trog/ fast/ ein sarch. HISP. Arca, ò caxa de guarda. ANGL. An cheste, a coffer. } ab Arcendo dicta (ut inquit Varr. lib. 4. de lingua Latina) quod ab ea

clausa areantur futes. Arca alicuius uti, vel de domo numerare. Suet. in Epist. 26.

Quantum ferrata distet ab area Sacculus.

Iuven. Satyr. 11. Ubi id aurum in arca apud me. Plaut. Aul. sc. 1. a. 5. Suppilla aurum & pallam in arcis. Idem Mens. 2. a. 5. (i. ex armatio.) Ex arcula prolata vestis. Senec. cap. 1. de tranquil. Veluti ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant. Fab. Cedò mihi speculum, & cum ornamenti arculam. Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1. Cic. in Parad. Animus hominis diyes, non arca, appellari solet. ¶ Arca pro monimento, vel loculo, in quo mortui conduntur in terra. Plin. lib. 13. cap. 13. ¶ Arcas appellat Vitruvius tabulationes intra aquam circundatas, ab arcendis aquis ab opere. Alii aquaria septa vocant. ¶ Arcam habere dicitur, qui bene numatus. Catullus de paupere, Cui neque servulus, neque arca. Cic. in epist. Confidito arca nostra. Arca camerata, arcuata & conformatata. Ulpian. in I. si inquilinus, D. locati. Vide in hunc locum Budæum.

Arcalia, pro fisca quodam iure particulari. Reliqua (inquit Theodosius) tam arcaliam, quam utriusque ærarii usque ad incipientem primam iudictionem, iubemus ad indulgentiam pertinere, id est, remitti.

Arcula, & Atcellula, diminutivum, parua arca, { *κιβώτιον*, GALL. Cassette, petit coffre ou bahu. ITAL. Casseta. GERM. Ein kistlin/ tröglín/ käsia lin. HISP. Arquilla, pequeña caxa. ANGL. A little coffer or cheste. } Cic. 2. Offic. Pretermittebatque de stipatöribus suis qui perscrutarentur arculas nulliebres, & ne quod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent. ¶ In auspiciis quoque Arcula dicebatur, teste Festo, avis quæ aliquid fieri vetabat: ab arcendo nomen hahens, quod consulentem à re aliqua aggredienda arceret, hoc est, prohiberet. ¶ Est & Arca urbs Cœlesyria, antiquum adhuc nomen inter Barbaros retinens: cuius meminit Ioseph. lib. 3. Antiq.

Arcularii, qui arculas faciunt, vel vendunt. Plaut. Aul. sc. 5. a. 3. Textores, limbalatii, arcularii.

Arcariūs, quod ad arcam pertinet. ANGL. A treasure, chamberlaine. Hic arcarius servus, cui arca, in qua domini pecunia condita est, procuratio commissa est. Idem qui actör, aut dispensator. Scaev. de fid. liber. Stichus arcarius, probante domino nomina fecit, &c. Hor.

ARCADIĀ, *ἀρκαδία*. Peloponnesi regio intima, è mari undique remota: ab Arcade Iovis filio, ex Calisto Lycabnis Arcadiæ regis filia, sic appellata. Hæc, ut Eustathius docet, aliquando dicta est Pelasgia, à Pelasgo rege magno, sapiente viro, qui virtut cultioris auctor eis fuit: victimum ex stirpibus herbarum arborumque frondibus transfluit ad glandem, maximè ad fagineam. ¶ Aliquando etiam Lycaonia, aliquando Gigantes, & Parrhasia dicta est, teste Stephano. Arcas autem quum Pelasgos in ditionem redigisset, eorum regionem Arcadianam nominavit. Scribit Plin. hanc universam veluti pensante equorum incursus natura, in montes 76. attollit. Habet hæc regio asinos procerissimos, qui ob corporis magnitudinem in proverbium abiurunt. Habet & lapidem asbeston, hoc est, inextinguibilem. Oppida eius præcipua sunt Mantinea, Tegea & Stymphalus, Montes Pholoe, Cyllene, Lyceus, Menalus, & Nonacris. Fluvii Lidon & Erymanthus. ¶ Arcadiam postulas, *ἀρκαδία μὲν αἱρέεται*. Diogenianus Proverbii duplē ostendit usum: convenit enim, vel in magna, vel inutilia petentem. Herodot. lib. 1. innuere videtur natum ex Oraculo: Mutatos Atticos in Arcadia homines. Plaut. Amph.

Arcadicūs, a, um, *ἀρκαδίας*, quod est ex Arcadia: ut, Arcadicū mores, Arcadicū pecus, Arcadicū germen. *ἀρκαδίας βλάσης*. De grandibus & ignavis dici solitum. Arcades enim olim male audierunt ob stuporem ingenii. Arcadicū Asini. Plaut. Asin. sc. 1. a. 2. Meministin' asino's Arcadicos, &c.

Arcās, adis, *ἀρκαδίας*. Nomen Iovis filii ex Calisto, à quo Arcades originem ducunt. ¶ Est & gentile ab Arcadia. Ovid. 5. Fast.

readis Evandri nomen tibi sape resurit.

¶ Arcadas imitantes, *ἀρκαδίας μετεπέπονθος*. Zenodotus indicat dictum in eos, qui aliis, non sibi laborant. Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quod comædias à se conscriptas alii edendis traderet ob inopiam. Adagium hinc dictum, quod Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspiciis, suoq[ue] titulo nunquam hostem ullum superarunt, verum aliis suspectias ferentes persepe. Unde illud illis fatale videbatur, aliis vincere, non sibi.

Arcadiūs, a, um. Arcadius deus, pro Pane, apud Propertium. Arcadium sydus, Ursæ, vel Arctos. Senec. in OEdippe.

Arcadiūs, *ἀρκαδίας*, Theodosii filius, Romanorum Imperator fuit cum Honorio fratré, quo tempore Gothi Romam ceperunt. ¶ Fuit præterea hoc nomine Grammaticus Antiochenus, qui librū de Orthographia, & alterum de Syntaxis conscripsit. Suid.

ARCĀNVM, secretum, absconditum, occultum: ab arca, in qua quæ clausa sunt, secreta manent. { *τάσσον*, *διαρρέειν*. GALL. Un secret, chose secrete. ITAL. Segreto. GERM. Das heimlich und verborgen/ em vero holen ding. HISP. Secreto y guardado. ANGL. A secret, any secret thing or hidde frome many. } Potest & ab Arcæ dici, quæ tutissima pars urbis est. Virgil. 1. Aeneid.

Longius & volevns, fatorum arcana movebo.

¶ Qui continet arcanum: Conveniet in eum, qui celat arcanum sibi commissum, neque cuiquam effutit. Sumptum ex Homeri versu Odyss. φ.

Tης οὐτισμὸς ἀπότομος οὐδὲ ποτε,

i. hunc pennis dicta carebant. ¶ Arcanæ, & Arcanò, adverbia, λαρπτεῖν, κρυψίνειν. Col. lib. 3. c. 2. Sed de hac sententia, quanquam & ipse paulò ante id censuerim, quid ramen arcanius iudicem, sub loco mox dicam. Cæsar 2. bell. ciu. Ipse arcane cum paucis familiafibus suis colloquitur. Ibi legitur, arcane, non arcando.

Arcanus, a, um, adjectivum, occultus, rectus, minimè loquax. { *τύπτειν*, *μαχαρισθεῖν*, *διαρρέειν*, *εργάζειν*. GALL. Secret, caché. ITAL. Segreto. GERM. Heimlich/ verborgen/ secret. HISP. Cesa secretay y guardala. ANGL. Privie, secret, hidde. } ut, Arcanus homo, qui quæ audiatur, & continet optimè. Plaut. Cave sic dixeris me dixisse hoc. P. Dixisti

xisti arcane lati. Arcanus sensus. Virg. 4. Aeneid.
— solam nam perfidus ille

Te colere, arcenos etiam tibi credere sensus.

Arcarius, est qui pecuniam publicam adservat. Scævola l. Thais, in fin. de fidei. lib. Stichum (inquit) rationibus redditis, manumitti volo. Stichus arcarius, probante domino; nomina fecit. Et in C. Iust. est rubrica de Susceptoribus, & prepositis, & arcariis.

Arcarii, & Atriarii à Iureconsultis inter servorum species numerantur: Eas refert Alex. Neapolit. c. 15. lio. 3. Gen. dier. & Pyrrhus lib. 2. quæst. magist.

Arcatus, vide Arcuatus.

Arcedo, pro accedo, || antiquum Ar, pro ad. || Turpil. Boethuntib. Sic Arvenie, Arcellere. Plaut. Edem modo Arferre dicebant veteres: unde Arferia aqua, quæ adferebatur ad sepulchra, ut mortuis libaretur.

Arcella, videri potest diminutivum ab Arcera, de qua infrà. Unde Arcella vitis, quæ in formam arceræ deposita est. Colum. lib. 3. cap. 22. dedistinctis generibus vitium loquens. Hinc partes his heroyola respondent, illinc arcellæ, rursus illinc spioniæ basilicæ conveniunt. Fortassis arcellata legendum, ut cap. 2. Unam etiam præcocom vitæ, nobis ante hoc tempus incognitam. Græca consuetudine Dracontion vocari comperimus, quæ fœcunditate, iucunditaté arcellata, basilicæ & Bituricæ comparari possit, generositate vini Amineæ. Et paulò antè omnium quas cognovimus, copiosissima arcellata.

Arcellula, arcellulæ, diminutivum ab arcella, id est arcula, ab aræ. Diomedes Grammat. lib. 1.

ARCÉO, es, ui, sine supino usitato. (Nam arcitum non dicimus: licet in compositis Exercitum dicamus, & Coercitum:) Propulso, abigo, prohibeo, pello. { מְנַעֵּה manah, כָּלְחָלָא. ἀπομένω, ἀπέβησθαι, εἰργάζεσθαι. GALL. Garder d'approcher, chasser, empêcher. ITAL. Scacciare, rimuovere, impedire. GERM. Hinweg treyben, wehren hinderhalten. HISP. Conſtreñir, arredar, apartar de lugar. ANGL. to stoppe fromme coming to, to hinder, to put back. } Cic. in Catil. Tum tu Iupiter hunc à mœnibus urbis arcessis. Idem 4. Philipp. Brutus illum non ut consulem recepit, sed ut bostem arcuit. Mala frigora pellibus arcere. Ovid. Eleg. 10. lib. 3. Trist. Arcuit eos rapinis, data facultate sine rapto vivendi. Velleius. ¶ Aliquando legitur pro stringo, sive coérceo. Virgil. 2. Aeneid.

— teneras, arcebant vincula palmas.

¶ Interdum ponitur pro continuo. Cic. de nat. deor. Alvis arcet & continet illud quod recipit. Idem in som. scip. Orbis extimus arcens & continens cæteros. ¶ Arcere vim hostium, est vim vi propulsare, & operam dare ne noceant. Liv. 1. ab Urbe, Ad arcendam vim advenatum armati ex urbe atque agris concurrunt. ¶ Arcere aquam pluviam. Idem pro Murana. Ille scit ut hostium copia, tu ut aquæ pluviae arceantur. Ab arceo fiunt Arx, arcis: Arctus, a, um: & Artus, pro membris: de quibus infrà suo loco.

Arcera vocabatur plastrum tectum undique & munitum, quasi arca quadam magna, vestimentis instrata, quæ ægri, aut senes portari cubantes solebant. Varro & Gell. lib. 20. c. 1. Hinc Arcella vitis dicitur formâ arceræ parua disposita. Colum.

Arcessio, is, ab Arceo nascitur, Accuso, postulo. Diomedes lib. 1. { רְגִבְגָּהֶל. ἀγένω, ἐνώπιον. GALL. Accuser. ITAL. Accusare. GERM. Einen verklagen. HISP. Acusar. ANGL. To accuse. } lib. 1. ad Heren. Arcessitum Cæpio maiestatis. Cic. lib. 2. Offic. Atque etiam hoc præceptum officii diligenter retinendum est, ne quem unquam innocentem iudicio capitis arcessas. ¶ Est & Arcessio, Advoco. { μηλεῖν. GALL. Hucher, appeller. ITAL. Chiamare. GERM. Berüffen, ein holen oder reichen. HISP. Llamar. ANGL. To call for, to cry on. } ab Adcio, d, in r, mutata. Antiqui enim (teste Prisciano lib. 1.) d, literam mutant in r, nos in c. Plaut. Amph. Blepharonem arcessat, qui nobiscum prandeat. Arcessit hostias, victimas, lanios. Idem Pseud. sc. 7. a. 1. Qui tuam amicam arcessebat (i. missus erat ad abducendum.) Ibid. sc. 5. a. 2. Herus si me queret, hic ero, hinc me arcessito. Idem Mil. sc. 6. a. 2. Malam rem sibi arcessit iumento suo. Idem Amph. Cic. pro Rose. Amer. Quum ab aratro arcessabantur, qui Consules fierent. ¶ Arcessere à capite. Cic. in Top. Quum autem à genere ducitur argumentum, non erit necesse id usque à capite arcessere. A capite arcessere argumentum, est à capite & origine rei argumentum eruere, Budæus. ¶ Arcessitus particip. Cic. 2. de Orat. Cavendum est ne arcessitum malum putetur.

Arcto, as, frequentativum est, formatum ab Arctum, inusitato supino verbis arceo, Constringo, vehementer arcto. { γάχα bersár, þrýn heðik, γάχα uts. στίσω. GALL. Serrer près, estreindre, estrecir. ITAL. Stringere. GERM. Einmachen, zusammen zwingen. HISP. Estrechar, estreñir, è apretar. ANGL. To mak narrow or streit. } Colum. lib. 12. cap. 34. Nonnulli adjecto defruto, contenti sunt transversas perticas arctare. Plin. lib. 17. cap. 23. Quando contineri debet vimine, non arctari. In transuersu tam arctati operis. Velleius. Omnia arctata in honoribus. Livius. lib. 5. d. 5. ¶ Est item Arctare, angustius facere. Plin. lib. 3. cap. 6. Etiamum angustias eas arctantibus insulis paruis, quæ Cuniculariae appellantur. Mart.

Atriaque immodice arctat imaginibus.

Arctus, a, um, Angustus, strictus, ab arcendo, id est, constringendo. { γάχα, γάχα ats. στίσης. GALL. Serré, estroit. ITAL. Stretto. GERM. Eng zusammen gezogen. HISP. Estreñido, estrecho. ANGL. Narrow, streit. } In arctum retraxit virtutem mulierum natura. Sen. c. 15. de consol. ad Marc. In arctum contracta, &c. Velleius. Arcto freno equum compescere. Tibul. lib. 4.

Invidia me spatio natura coercuit arcto.

(Ingenii.) Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Compressions arctæ. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1. Cic. 3. Verr. Mihi credite arctioribus apud populum Romanum laqueis tenebitur. Arctior annona, Suet. in Tib. cap. 8. Quo magis intendas hæc vincula, tanto astringunt arctius. Item, Arctissimo somno quievit. Suet. in Othon. cap. 3. 1. Arctissimæ tenebræ. Idem in Neron. cap. 46.

Arcte, adverbium, sevæs. Colum. lib. 3. In tubulum fictilem, vel cornu arcte inscribo. Mater illum arcte & contente habet. Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.

Arcerà, ab arca deducitur, & significat plastrum tectum undique ex tabulis, quasi arca quædam magna, vestimentis instrata, ut inquit Alcibiades, quo vehiculi genere senes & ægroti cubantes vestabantur. { בְּצָבָא. φορεῖς. GALL. Chariot couvert de tous costez, comme une litrière ou chariot branflant. ITAL. Lettiga. GERM. Ein hangender reagenz/ ein sensite/ ein roßbarre. HISP. Andas. ANGL. A litier, à chariot covered on all partes. } Gell. lib. 20. cap. 1.

Arcëllas, sive (ut apud Laërtium legitur) Arcessilaus, ἀρκεσίλαος, ἀρκεσίλιος, Philosophus fuit, ex Pirane Æolica civitate ortus, qui reliquo natali solo, Sardis se primum, deinde & Athenas contulit: ubi initio Crantorem, deinde & Polemonem audivit. Post haec eximius & ipse Philosophus effectus, medianum primus Academiam invexit. Fuisse autem traditur miro ingenii acuminis, sed nimia in disputando pertinacia. Fuit enim assertor τύπατος φιλοσοφίας: unde & Ignorantia magister à Lactantio appellatur. Hic est ille, quem Cic. lib. 5. de Finib. ait evertisse omnem Philosophian, quemadmodum Gracchi everterunt Remp. Induxit enim Philosophia quoddam genus τύπατος, hoc est, quod subsistere non potest, assicens nihil omnino sciri posse: quod tertè absque repugnantia intelligi non potest. Si enim sciamus nihil sciri posse, falsum est nihil sciri posse, quantum iam aliquid sciamus.

Arcëllaus, unus è quinque ducibus Bæotorum qui ad Troiam cum quinquaginta navibus advenerunt. Homer. lib. Iliad. 2.

Arcëlius, ἀρκενός, Iovis fuit filius, pater Laërtis, ut testatur Ulysses apud Ovid. 13. Met.

Nam mihi Laërtes pater est; Arcessitus illi,

Iupiter huic, &c. scilicet Arcesio.

Archadius, Grammaticus, lege Areadius.

Archagathos, ἀρχαγαθός, Medicus in Peloponneso, Lysanias filius, qui primus ex medicis Romam venit, L. Æmilio, & Livio Cost. anno urbis DXXV. cui & ius Quiritum datum est, & taberna in compito Acilio. Hic primus Vulnerarius cognominatus est, mihi que gratus adventus eius initio fuit: mox à saevitia secandi uendique Carnifex appellatus. Hæc Plin. lib. 29. cap. 1.

Archaios, ἀρχαιούς, Latinè Antiquitas dicitur. Figura est, vetustè aliiquid dictum significans. Terent. Andr. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Ubi Donatus, Plerique omnes, pro una parte orationis dixere veteres. Ibid. Ille instat factum. Ubi Donatus, Instat factum, ἀρχαιοῦς, vetustè id est, instat dicere factum esse.

Archander, ἀρχανδρός, Phthii Achæi filius, & Canai gener, de quo Herod. lib. 2.

¶ Archangelus, ἀρχάγγελος, princeps Angelorum. ||

Archarius, Praefectus & moderator dicitur. { ωρίγχος schalit. σιριβούς. GALL. Recteur, gouverneur. ITAL. Soprasante. GERM. Ein oberster, ein regent. HISP. Regidor, antepuesto. ANCL. A gouvernour, a ruler or oversighter, he which hath charge of any thing. } Paul. ad Rom. Salutat vos Erastus archarius civitatis. ἀρχή, à nostris participium: à quo ἀρχη, impero, præsum.

¶ Archebuleum carmen, à Thebano cognomine Poëta, cuius postremus pes esset Bacchius, ἀπὸ τῶν πόδων γὰρ οὐκ εἴη διάτοπος. Scalig. lib. 2. poët. c. 19. ||

Archedicus, ἀρχέδικος, Poëta comicus, scripsit contra Democharem Demosthenis propinquum, Fabule ipsius, Thesaurus & Diamantan. Autor Athenæus Diplosophistis.

¶ Archegætes, princeps. Lex. I. C. ||

Archelaus, ἀρχέλαος, Philosophus Atheniensis, seu Milesius, qui patrem habuit Apollodorum, & fuit author, successorque ταναχορæ, à quo Socrates Philosophiam audivit. Hic physicam philosophiam ex Ionia Athenas invexit: estque Physicus appellatus, quod in eo defecit philosophia naturalis, Socrate Ethicen introducente. Quanquam ne hic quidem Ethicæ rudis fuit, qui de legibus, de honesto, & de æquo philosophatus est. ¶ Fuit & alter Archelaus, Antenoris Trojani filius, quem Homerus scribit rei militaris peritissimum fuisse. ¶ Alius fuit Geographus, qui terram omnem ab Alexandro peragrata descripsit. ¶ Alius de rerum naturis carmina scripsit. Alius Oratoriam docuit. Autor Diogenes Laërtius.

Archemolus, vide Anchomolus.

Archemorus, ἀρχιμόρος, Lycurgi Thracum regis filius, & Hypsipyles Thoantis filiæ alumnus: quæ quam sicutientibus, qui ad Thebarum expeditionem proficiscebantur, Langiam fontem ostenderet, Archemorum puerum super viridi herba depositum, qui à serpente vulneratus perit. Unde fons ille Archemorus vocitatus est, & annuus agor in pueri illius memoriam celebrari cœptus, quem Nemæos ludos appellarunt. Vide Statium lib. 6. Theb. ¶ Alius fuit Archemorus, Amphionis ex Niobe filius, quem Ovid. Antegorum nominat.

Archepolemus, ἀρχεπόλεμος, filius Iphyti, auriga Hectoris, Enipeo interfecto à Diomedè sufficiens.

Archestrata mihi nutrix fuit. Plaut. Cure. sc. 2. a. 5.

Archetypus, ἀρχιτύπος, adjективum. Est quodcumque ita primum fabricatum est, ut exemplar reliquis sit. Mart. lib. 8.

Archetypum Myos argentum se dicit habere.

Idem lib. 3.

Sed tanquam tabulas, scyphosque Paule,

Omnes archetypos habet amicos.

¶ Est & Archetypum substantivum, quo significatur primum exemplar, quod quis sibi imitandum proponit. { אֲרֹכְתְּפָתָה תְּנִשְׁבָּה. GALL. L. patron, l'exemplaire premier. ITAL. Modello. GERM. Ein vorbild, ein exemplar das einer für sich nimmt und nach dem ein anders macht. HISP. El original de donde se saca el exemplo. ANGL. The first example, or patrue. } Plin. iunior ad Antonium. Ut pictores pulchram absolutamque faciem, raro nisi in peius effingunt: ita ego ab hoc archetypo labor & decido. ¶ Dicuntur etiam archetypa, ligna, statuae, vasæ, & tabulæ, non ad aliorum similitudinem efficta, sed à nobili quoquiam artifice primum confecta. Martial. lib. 2.

Archetypis veluti nihil est odiosissus Ancti.

Archæostis,

Archæostis, ἀρχαιοστις Dioscoridi, herba quam Latini vitem albam vocant, Græci etiam αρχαιολογικη, sativæ viti foliis, sarmentis, & pampinis simillima. Vide Plin.lib.25.c.5. & Ruell.lib.3.c.151.

Archias, ἀρχιας. Poëta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorum clarorum Oratorum, præsertim Lucullorum, & à nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum civitatibus donatus, Ciceroni in primis familiaris. Hic cùm discederet à Sicilia, cum L. Lucullo Heracleam venit, & adscribi in eandem voluit: quod & sua virtute, & Luculli amicitia facile impetravit. Postea verò mota ei de civitate controversia, quum eo nomine in iudicium vocatus esset, defensus est à Cicero, brevi quidem, sed tamen ornatissima illa oratione, quæ etiam nunc extat, in qua multa de poëticæ, atque ipsius Archiæ laudibus obiter admiscentur. ¶ Fuit item Archias, qui condidit Syracusas, ut scribit Volaterranus. Rursum alias Hyblæus quidam præco celebratus: qui ter vicit Olympia & Pythia, ubi icon ipsius & epigramma Græcum. Pollux. ¶ Alius item fuit Mityleneus musicus.

Archiatæ, & Archiatrus, ἀρχιατροι. ANGL. Chieff maister of medicines. { Mddicorum princeps, i.e. rōs enim medicus, ἀρχος princeps dicitur. Hic vulgo Protomedicus appellatur. Archiatæ dictus est Aesculapius, tanquam præses deusque medicorum. ¶ In Codice Imperatorio legitimus, privilegiis Imperatoriis archiatros decorari.

Archibius, ἀρχιβος. Alexandrinus Grammaticus, qui docuit Romæ sub Trajano Principe. ¶ Fuit etiam alter ejusdem nominis Grammaticus, qui Commentarios conscripsit in Callimachi Epigrammata. Utriusque meminit Suidas.

Archibulus, argentarius. Plaut. Asin.sc.1.a.1:

Archidamus, ἀρχιδαμος, Princeps Lacedæmoniorum, vir bello clarus, Telidis filius, Methonem ad Athenienses deficientem recepit: in bello contra Pylum primus è navi prosiliens, nec vulneratus est, nec securum amisit. Denique adversus Amphipolim strenuè decertavit. Insimulatus postremò quod Agnonis Thraciae regis amicitiae studebat, damnatus est, ut scribit Suidas. ¶ Archidamicum bellum, ἀρχιδαμου πόλεμος, de bello lœvo crudelique dicebatur.

Archidiaconus, ἀρχιδιακονος, princeps diaconorum, qui inter Diaconos diutissimè fuerat. Penes eum erat hæc dignitas, ut non tam eligeretur, quæ à tempore constitueretur. Meursius in Gloss.

Archiepiscopus, ἀρχιεπισκοπος, Episcoporum princeps, seu præfectus: vide Episcopus.

Archigallus, Iulius Firmicus. Mathes.lib.3. Archigallos facient, & qui virilia propriis sibi amputant manibus. Alibi abscissi archigalli.

Archidemus, nomen viri. Plaut. Asin.sc.2.a.5.

Archigenes, ἀρχιγενος. Medicus fuit ex Apamia Syriae civitate, Agathini discipulus, qui rem medicam Romæ exercuit Trajanis temporibus. Hæc Suidas. In hunc Archigenem, tanquam in hominem imperitum, sapissimè invenitur Galenus. Meminit ejusdem & Juven. Satyr. 7.

tunc corpore sano

Advocat Archigenem.

Archigerontes, ἀρχιγεροντες. Latinæ Principes seniorum, seu summi senes. Alciatus C.de Episc. & Cler.

Archigrammati, Scribarum principes. רָאשׁ הַסְּפִירִים roschhaſſopherim. ἀρχιγραμμάτες. GALL. Chancelliers. ITAL. Gran Cancellieri. GERM. Die obersten vnd fürenempsten schreyber/ die Cantzler/ die Statschreyber. HISP. Chancilleres. ANGL. Chanceleres. { Plut. Eumenem Cardianum fuisse archigrammatea Alexandri Magni.

Archigubernus, ex ἀρχος & κυβερνητης, iuncto nomine, Princeps gubernator, omnium gubernatorum primus, sive classis præfensus. { ANGL. Chieff gouvernour. { Lavolenus ad SC. Trebel. Seius Saturninus archigubernus testamento reliquit heredem Valerium Max.

Archilochus, ἀρχιλοχος, nomen poëta Lacedæmonii. Hic fuit inventor carminis Iambici, quod ab eo Archilochium vocatur: quo Lycaenam quandam, quod filiam sibi pactam alteri locavisset, ad suspendum creditur adegitse. Horat. in Arte poët.

Archilochum proprio rabies armavit Iambo.

¶ Archilochia edicta Ciceroni sunt contumeliosa & virulenta, ad Attic.lib.2. Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita sunt iucunda, ut cum locum in quo proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, transfire nequeamus: ipsi ita acerba, us tabescat dolore. Sic ad finem epist. præcedentis. ¶ Archilochi patriam, ἀρχιλοχου μετειδια, Diogenianus testatur dici solere de mordacibus ac maledicis. Archilochi poëta mordacitas vulgo celebratissima fuit. ¶ Alius fuit Archilochus Nestoris filius, qui patrem in expeditione Troiana secutus, à Memnone interfactus est. ¶ Alius fuit Siculus, qui Africam urbem condidit. Archilochum honorarunt Dii post mortem. Plutarch. in Num.

Archimægirtus, Princeps & magister coquorum, summus coquus. { רב הַרְבֵּי חַבְּרִים rabb habbabim. ἀρχιμαγιρ. GALL. Maistre cuinier, maistre queux. ITAL. Maestro de cuochi. GERM. Ruchenmeister. HISP. Maestro cozinero. ANGL. Chieff cooke, or maister cooke. } ἀρχιμαγιρ enim Latinæ coquus. Juven.

Finixerunt pariter librarius, archimagiri.

Archimandritæ, { δέξιαρχοι. GALL. Abbez, Prieurs, Provinciaux, Chefs d'Ordre Religieux, Generaux. ITAL. Abbati, Priori, Gardiani, Generali. GERM. Ein Abt/ ein Prelat. HISP. Prelados de monjes y semejante dignidad. ANGL. Abbates, Priores, Prelats. { Dicuntur præpositi consecutæ turbæ, haud longè dissimiles ab episcopal dignitate: ita dicti quod principes mandrä & agminis sint. Mandrä enim significant speluncas, in quibus eremicolæ vita contemplativa studiosi vivebant Deo, mundo mortui. Hinc Episcopi archimandritæ à Græcis dicti possunt videri, non dissimili ratione ab ea, qua à nobis dicuntur Pastores. Alciatus scribit, Archimandritam id significare, quod dicimus Abbatem. Prisci enim eremos colentes, εν ταις μάρτυρες, id est in speluncis & cavis montium habitabant. Et Archimandritæ sunt cœnobiorum, seu monasteriorum præfetti, l.4. C.de summa Trinit.

Archimedæs, ἀρχιμεδης, nomen proprium viri Siracusii, qui Geometriae, & machinalis, syderalisque scientie consultissimus fuit, & celeberrimus, testimonio Livii, Plinii, Plutarchi. Unde quum rem mira arte factam, atque ita summo studio elaboratam, perfectamque significare volumus, proverbii specie nobis vulgare est dicere, Archimedes nos posset melius describere. Vetus est Cic. in Orat. pro A. Cluentio. Hic velut deus terrenus mechanico artificio sphæram vitream fecit, in qua mira arte dissimiles motus circulorum visabantur. De qua sic scribit Claudianus,

— iura poli, regnumque deorum,
Ecce Syracusus transfluit arte senex.
Percurrat proprium mentitus signifer annum,
Et simulata novo Cynthia mense redit.

Marcellus in expugnatione Syracusarum interdixit, ne Archimedes unus violaretur: verum quum Syracusæ caperentur, & ipse animo ac oculis in terra defixis formas geometricas describeret, à milite ignato quis esset, interfactus est.

Archimimus, i.princeps mimorum, & summus. { δέξιαρχος. GALL. Le maistre des ioueurs de farces. ITAL. Principe de buffoni. GERM. Der oberist bosentreiber. HISP. Maestro de momos. ANGL. Chieff amanthe players of enterludes, maister scoffer. { Sunt autem mimi, qui in scena gestus eorum quos volunt irridere, exprimunt & imitantur, δέξιος μητραῖς, quod est imitari. Tranquillus in Vespasiano, Favò archimimus personam eius ferens, sustinensque (ut est mos) facta & dicta viri, &c. Utitur etiam hac voce Julianus de operi libertorum, l. patronus. Nam si quis (inquit) archimimum, vel pantomimum, &c.

Archiotæ, vide Archium.

Archiphæcita, δέξιαρχητης, interpres titulorum Talmudi, cui ad unguem noti Talmudici tituli. ||

Archipirata, æ, prædonum dux. { δέξιαρχητης. GALL. Le Capitaine des corsaires & escumeurs de mer. ITAL. Capitano de Corsari. GERM. Ein oberster der Meerduber. HISP. Capitano de Corsarios. ANGL. Maister pyrat. { Cicero. 7. in Verrem, Archipiratam ipsum vidit nemo de quo supplicium sumi oportuit. Idem i. de Offic. Ille qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam disperiat, aut occiditur à sociis, aut relinquitur.

Archippocomus, δέξιαρχων, dicitur hippocorum præfector. { ANGL. Maister of the horses. Hippocomi autem dicuntur equorum curatores, ab ἀντωνία, verbo neutro, quod significat equos curare. { Est itaque Archippocomus, quem Galli Magnum scutarium vocant, Grand Eschuyer. Bud.

Archippus, ἀρχιππος, nomen Philosophi qui Thebis scholas habuit, (ut scribit Hieronymus) & Pythagoræ auditor fuit.

Archismatonsaltatio. Gloss. g.b. ||

Archisterium, vox est quæ significat principem stellarum, ita enim appellavit Berengosius Abb. cap.3. lib.3. de Cruce, loquens de illa, quæ Constantino M. apparuit. { Item monasterium. Glossarium Struchi MS. Archisterium, Monasterium.

Archistrategus, ἀρχιστρατης, impator exercitus: ἀρχος σπαθων princeps ducum militiae. ||

ARCHITECTVS, { רב הַרְבֵּי חַבְּרִים rabb habbabim. רָאשׁ הַבָּנָה rabb habbabim. GALL. Maistre ouvrier, maistre Charpentier ou Masson, Architecte, Maistre entrepreneur d'un edifice. ITAL. Architetto, Soprastante alle fabrike. GERM. Ein werckmeister/ ein Baumeister. HISP. El maestro de obra para edificar. ANGL. Maister of work. Nomen compositum ex ἀρχος princeps, & τεκτον, faber: principalis faber, fabricandi artem habens, vel qui structuris ædificiorum præst, & qui fabricanda præscribit. Architectus (ut inquit Plato lib. de regno) magno ministerio non utitur, sed utentibus præsidet. Fabri autem, qui aliquid manu faciunt in ædificiis, alii funguntur ingenio, alii opera valent. Quis bene factis meis pater Denim regnator Architectus omnibus (i. autor & effectus eorum bene factorum.) Plaut. in Amphit. Cic. in Verr. Si quis adhibere volet non modò ut architectos, verum etiam ut fabros ad ædificandam Rempublicam, poterimus & nos libenter accutere. Mart. lib.5.

Si duri puer ingenij videtur,
Praconem facias, vel architectum.

Architectus item pro authore & principe inventore. Cic. i. de Finib. Eaque ipsa quæ ab ipso inventore vestitis, & quasi architecto beatae vitae dicta sint, explicabo.

Architeton, is, idem quod Architectus. { ANGL. A divisor of building. { Plaut. Pæn. Me dolis iam superat architectonem. Idem Mostell. Nam sibi laudasse ædeis ait architectonem nescio quem, esse ædificatas sanè bene.

Architetonicus, a, um, adjecit. ἀρχιτεκτονικος, ad architectonem pertinens. Vitr. lib.9. c.4. Et qui per rationes architectonicas, circinique descriptiones est inventus effectus in mundo.

Architector, aris, Construo, fabricor. { תְּבִיבָה banah. ἀρχιτεκτονικος. GALL. Dessiner & bailler l'ordonnance de quelque bastiment, bastir, edifier. ITAL. Fabricare. GERM. Bauen/ ein wæret mathen. HISP. Obrar por artificio. ANGL. To build to devise sundrie sortes of building, to prescrive rules in building. { Vitr. lib.9. cap.4. Namque in his locis naturalis potestas ita architectata est, collocavitque cardines, tanquam centra. { Translate ponitur à Cic. 2. de Finib. Cur tandem sapientia tantopere laudatur? an quod ita callida est, ut optimè possit architectari voluptates? id est, toruam & rationem fruendarum voluptatum communisci & præscribere: quemadmodum architecti opera majoris sumptus & magnifica ingenti ratiocinatione architectari solent. Bud.

Architetonices, scem.gen. { אֲרֶכְתְּנוֹנִים. GALL. Architectura. ITAL. Architettura. GERM. Die Kunst des bauens. HISP. Arte de edificar. ANGL. An art in devising, buildingis, skille of building: { Ars ipsa architectandi. Quint. lib.2. Aliæ quoque artes minores habent multiplice materiam, velut architectonice: namque in omnibus quæ sunt in ædificio utilia versatur.

Architetra, ædificandi scientia, Græce ἀρχιτεκτονικη, Architectonice dicitur. Hoc nomine Vitruvius opus suum inscripsit, quod de ædificandi ratione conscripsit. Cic. lib.1. Offic. Quibus autem artibus, aut prudentia

prudentia major inest, aut non mediocris utilitas queritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrinæ rerum honestarum.

Architæctio, nis. Plin. lib. 10. cap. 71. In quo vel præcipua naturæ architectio.

|| Archithalassus, ἀρχιθαλασσος, princeps maris, præfector mari. θάλασσα mare. ||

Architriclinus, qui præstet triclinio. { טליתר melitfär. ἀρχιτρίκλινος. GALL. Sommelier. ITAL. Scalo. GERM. Ein Triclinie / ein Hoffmeister. HISP. Refritolero. ANGL. Amarsball of the hall. } Erat autem Triclinium cœnaculum tribus ad accumbendum lectis stratum. Iuvenalis,

Tertia nec vacuo cessaret culcitra lecto.

Architriclini erat curare, ut eduliorum variorum fercula scripatum, & in tempore convivis exhiberentur, utque recte omnia disposita essent.

Archivum, { בְּתַסְפֵּרְתִּים bethsepharim, αρχεῖον. GALL. Le lieu où sont serrés les vieux registres, papiers, chartres. ITAL. Cancelaria. GERM. Ein Cantzlen/ ein orda ein Stattire Briefe/ Bücher behalt/ &c. HISP. Libreria de los originales. ANGL. A place where charters or evidents or such writings concerning the commone wealth arkeepe. } Armarium librorum, seu locus publicus, in quo acta urbis & civium recondi consueverunt. Romani Tabularium dicunt: Græci Charophylacium. Bud.

Archioītæ, ἀρχιοῖται, dicebantur qui publico archio præterant. In scholiis Græcis traditum est, aulam locum esse in quem fontes ducentur, cùunque à junioribus ἀρχεῖον appellari. Alciat.

ARCHON, ontis, ἀρχης, summus principatus Athenis, sicut Suffes apud Carthaginenses, Romæ Dictator. Fuerunt enim, teste Suida, Archontes novem, quorum sex Thesmothetæ, hoc est, legislatores dicebantur, unus Rex, unus Polemarchus, & præter hos unus qui per excellentiam Archon dicebatur. De hoc magistratu sic scribit Budæus, Archontes qui fuerint, non planè constat. Suidas novem fuisse autor est: & inter eos numerat Thesmothetas: recte, ut opinor, quum idem sentire videatur enarrator Demosthenis, quippe qui Archontas etiam Thesmothetas appellat. Sed ex his unus erat princeps collegii & præfector, qui & Hegemon & Prytanis vocabatur. Prytanes autem erant numero quinquaginta, decimam partem concilii & curia quinquagenariae efficientes, in orbem τετραγωνού, hoc est, magistratum eum gerentes, & in singulos menses vices mutantes. Verum is, qui inter Archontas peculiarem appellationem retinuit, simili etiam ratione Prytanis dictus est. Quemadmodum autem Romæ Prætor iudicibus præterat, atque ideo quæstionis iudex dictus est, & quæstor, ita hic Archon Athenis iudicibus præsidebat. Cic. de Fato, Moritur Epicurus, quum duos & septuaginta annos vixerit, archonte Pythagorato.

Archontici, ἀρχοῦντες, Hæretici quidam à principe appellati, qui universitatem, quam Deus condidit, opera esse principum dicebant, & negabant resurrectionem carnis.

Archytas, ἀρχύτας, Hæstiæ, sive (ut alii malunt) Mnesarchi filius: Philosophus fuit Pythagoricus, patria Tarentinus, qui Platonem adversus Dionysii infidias præstitit incolumem. Hic in Mathematicis majorem humano captu progressum fecisse traditur, adeò ut & cubum primus inveniret, & columbam ligneam tam affabre effinxerit, libraverit, & inflaverit, ut viva volarum imitaretur. Primus etiam platagen, hoc est, crepitaculum puerorum traditur invenisse, quo pueros nunquam interquiescentes, & à periculosioribus ludis avocaret. Hinc factus est locus proverbio, & Archytæ crepitaculum, ἀρχύτης πλαταγή, quo garrulos, despiciens, & puerilia tractantes, ad Archytæ platagen dicimus recidisse.

Arcibum, est Archium, & archivum, el. archivo.

Arcifinlus ager, dictus est, qui certis linearum mensuris non continetur, sed arcentur fines eius obiectu fluminum, montium, arborum: unde & in his agris nihil subsecivorum intervenit. Sic in lib. var. author. de limitibus. Siculus autem Flaccus: Occupatorij, inquit, agri, quos quidam arcifinales vocant: ii autem arcifinales dici debent, quibus agris victor populus occupando nomen dedit; bellis enim gestis victores populi terras omnes, ex quibus victos ejerunt, publicè, atque universaliter territorium dixerunt, intra quos fines ius dicendi esset: deinde ut quisque virtute colendi occupavit, arcendo vicinum, arcifinalem dixit. Hæc apud Frontinum leguntur. Ager arcifinlus, sicut ait Varro, ab arcendo hostibus est appellatus: qui postea, interventu litium, per ea loca, quibus finit, terminos accipere coepit: in his agris nullum ius subsecivorum intervenit. Arcifinales agri, & Arcifinii dicuntur, quorum fines deprehendi non possunt.

Arcilalis, ἀρκιλαῖς, oppidum est Hispanæ in tractu Bætico. Ptol.

Arcinna, ἀρκίνη, oppidum est Daciæ, Ptolomæo.

Arcio, is, arcivi, arcitum, pro Indere, & adigere, accepisse videtur Cato de re rust. c. 40. Antiquum est verbum.

Arciroessa, ἀρκιριότα, civitas in Ponto Heracleæ subdita. Steph.

Arcisitio apud Ruritum lib. 2. epist. 4. pro morte. Descendit enim ab Arcesso; itaque Arcessere aliquem, vel arcescere, est vocare.

Arcitenens, adjективum, Apollinis epitheton, ab arcu tenendo, quod semper cum arcu & pharetria pingeretur Apollo. { τοξόφορος. ANGL. Vvich beareth or shoothe with a bowe. } Virg. 3. Æneid.

Quam pius arcitenens oras & littora circum

Errantem Mycone celsa, Gyaroque revinxit.

Ovid. 1. Metam.

Huic Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Ante, nisi in damis, & apriesque fugacibus usus
Perdidit, &c.

Arquitenens, Priscian. lib. 2.

Arcophthalmon, ἀρχιθαλασσος, à quibusdam appellatur herba, quæ chrysogonon Dioscor. dicitur. Est autem hæc non enclatura ex iis, quæ interna Dioctordis à Doctoribus numerantur.

Arcophytón, ἀρκόφυτος, ex iis nomenclaturis, quæ Bechio, seu Tussilagine herbae in quibusdam Dioscor. exemplaribus tribuantur.

Arcanes, ἀρκῆνες, gens Epirotica. Steph.

Arctatio, στρογγελα, στρωπη, Dionedes Gramm. lib. 2. Cum quadam arctatione sermonis, quæ μεφατικῶς à poëtis congeruntur.

Arctax, mons est Propontidis, apud Strab.

Arcto. Vide Arceo.

Arctomys, ἀρκτόμυς, animal habens similitudinem muris & ursi.

Arctonnēsus, ἀρκτόνησος, oppidum est Milesiorum, apud Propontem situm, quod alio nomine Cyzicum appellatur. Plinius lib. 5. cap. 71.

Arcton, ἀρκτός, mons qui imminet Cyzico, ita dictus à Iovis nutribus, quas illuc in ἀρκτού, id est, in ursas migrasse tradunt.

Arctophylax, ἀρκτοφύλαξ, sydus iuxta majorem Ursam, alio nomine Bootes. Cicet. in Phœnom. Arati,

Arctophylax vulgo qui dicitur esse Bootes.

Latinè ursæ custodem interpretari possumus: nam veluti custos quidam ursæ adhibitus, à tergo eam subsequitur: simili etiam ratione Bootes appellatur, quod in modum bubulci plaustrum sequatur: rusticæ enim Septentriones Plaustra vocant. Fabulantur autem Poëtæ, hunc esse Calistus ex Iove filium, cui nomen Arcadi fuit. Ovid. 3. Fast.

Arctos, ἀρκτός, apud Græcos ursum, vel ursam significat. Quo fit, ut pro duabus signis Septentrionalibus accipiatur, quæ & à Latinis Ursæ appellantur. Sunt autem Arcti duæ Septentrionali polo, velut axe quodam nixæ, Arctito circulo clausæ, & ita collocatae, ut utraque resupinata, alterius conteget caput: sed caput eius quæ superior est, ad caudam inferioris contendat. Alteram majorem Ursam, sive Elicen: alteram minorem Ursam, sive Græcorum lingua Cynosuram, id est, Canis caudam nominant. Illam Græciae populi notare soliti, hanc Sidonii observant inter navigandum. Ovid. 3. Fast.

Esse duas Arctos, quarum Cynosura vocatur
Sidoniis, Elicen Graia carina notat.

Elicen, scribit Hesiodus Calisto, Lycaonis Arcadia regis filiam fuisse. Hanc studio venationis inductam, relicto patre, se se in sylvas contulisse, factamque unam ex comitibus Diana, à qua quum mirificè amaretur, quodam die solam in sylvis inventam, à Iove compressam fuisse. Quod facinus quum aliquandiū celasset, tandem iussam cum cæteris virginibus lavati, tumore uteri crimen detexisse. Quamobrem indignatam deam, in Ursæ effigiem eam commutasse, quæ Græcis ἄρκτος appellatur: in ea specie non multo post filium perperisse, quem Arcada nominavit: à quo postea dicta est Arcadia Peloponnesi regio. ¶ Arctos item Claudianus dixit pro illis qui Septentrionalem regionem inhabitant sub Arctis positam, 4. Paneg.

Atque indignantes in iura redegerit Arctos.

Et Ovid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.

Dum patet & Boreas, & nix injecta sub Arcto:

Tum patet has gentes axe tremente premi.

¶ Ab Arcto oritur Arctos, Arcticus, Antarcticus.

Arcticus, a, um, adjekt. ἀρκτικός. ANGL. Northward or northeren. } ut, Polus arcticus, hoc est, Septentrionalis, cui oppositus est Antarcticus polus, hoc est, Meridionalis.

Arctōus, adjekt. ab Arcto; ἀρκτών. ANGL. Northward or northern. }

Idem quod Septentrionalis. Mart. lib. 10.

Felices quibus una dedit spectare coruscum

Solibus arctois syderibusque ducem.

¶ Arctos orbis. Lucan. lib. 1. Arctoa sedes, & arctos polus, Seneca in Hercule Oetao.

Arcturus, ἀρκτόρος. Stella in signo Bootæ post caudam maioris Ursæ, cuius ortus & occasus tempestates facit, dictus Arcturus ἀρκτού ἦν & ἀρκτού ἦν, hoc est, ab Ursinæ caudæ similitudine. Virg. 1. Georg.

Et si non fuerit tellus facunda sub ipsum

Arcturum, tenui sat erit suspendere soleo.

¶ Arcuatus morbus, id est regius, à colore æmulio arcus cœlestis. Vide Argus. ||

Arcubia, qui excubabant in arce. Fest. Alias Arcubii.

Arculæ, vide Arca.

Arculata, circuli qui è farina in sacrificiis siebant. Festus.

Arcularius. Vide Arca, Arcula, suprà.

ARCUS, huius arcus, quartæ tantum declinationis, instrumentum est notum, è quo sagittæ emittuntur. { קֶשֶׁת kesheth. τοξός. GALL. Arc. ITAL. & HISP. Arco. GERM. Ein Bogen. ANGL. A bowe. } Ovid. 1. Met.

Figat tuus omnia, Phæbe,

Te metu arcus, ait.

Cic. de Senect. Appius animum intentum, tanquam arcum, habebat. Dicitus est autem arcus ab arcendo, quod eminus arceat hostem, non cominus propulset, quemadmodum ensis, aut hasta.

Nunc porrigit arcus

Parthus eques.

Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Arcus marmoreus ei deceretus, Suet. in Claud. cap. 11. ¶ Est præterea arcus, curvatura in ædificiis, quæ alio nomine Fornix appellatur. Ita dictus ab arcendo, hoc est, continendo, vel constringendo ædificio, { καρυόπης, κύρτωμα. ANGL. A vault in a building. } Cic. Iam enim atrium, & arcus duos absolverat. Atque in hac significatione in secundo ordine usus est Varro de vita pop. Rom. Eoque, inquit, pecuniam magnam consumpsisset, quod arcu, quos summopere fecerat, fessi pondere diu facti, celeriter corruiissent. Ex Nonio. ¶ Arcus item, sive (ut Nonio placet) Arquus, εργος. { ANGL. The raybowe. } accipitur pro arcu cœlesti, quem pluvio tempore variis coloribus expressum in nubibus conspicimus. Horat. in Arte.

Quum flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus. Bibit arcus, pluet hodie (de Lena curva senio.) Plaut. Cure. sc. 1. a. 1. In hac autem significatione, etiam per secundam declinationem inflexum legitur. Cic. de nat. deor. Cur autem Arci species in deorum numerum non reponitur? Ennius genere feminino protulit. Formatur autem arcus cœlestis hoc modo: dum enim Sol in nubibus rarefacentibus ex aduerso resulserit, radiosque suos directa linea

līnsa humōri nubilo transfundens impresserit, sit reperclusio splendoris eius in nubibus, ex quibus fulgor emicans arcus speciem format. Sicut enim impressa cera anuli imaginem exprimit, sic nubes ex aduerso ex rotunditate Solis figuram fūrantes, orbem efficiunt, & arcus effigiem fingunt. Apparet autem hoc non semper, sed quum rāfescunt nubila cœli. Nam rursus quum cōcūnt in se nubes atque densantur, confessim arcus forma resolvitur. In nubium enim densitate arcus imperfecto gyro complectitur. Denique sine Sole & nubibus nunquam appetet arcus. Quadricolor autem est, quia ex omnibus elementis in se rapit species. De cœlo enim trahit igneum colorem, de aquis purpureum, de aëre album, de terris colligit nigrum. Nonius hoc discrimen statuit inter Arcum, & Arquum, ut Arcus dicitur fornix suspensus: Arquus autem nonnisi qui in cœlo appetet, quem Irim poëta dixerunt. Unde etiam Arquatos dictos vult, quibus color & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Verum eam differentiam non usquequa observari, abundè magno illud est argumento, quod & arquatum dicimus pro camerato, & Arquites pro sagittariis. ¶ Arcus apud Hebreos, quibus maximè in usu fuit, sumitur pro omni instrumento bellico. ¶ Arcus, arcis, pro arcis. Varro apud Non. cap. 2. in Arci. ¶ Arcus in fœm. gen. Priscianus lib. 6. ¶ Arcum tendere, in obscoeno significatu, apud Apul. Ovid. & Horat.

Arculus, diminutivum ab Arcus, { τοξάκος. ANGL. A little bowe. } à quo aliud diminutivum, Arcellus. ¶ Arculus præ:ra, teste Festo, dictus est Deus, qui tutelam gereret arcarum. ¶ Item Arculus, ut idem Festus testatur, dicebatur circulus, qui capiti imponebatur ad sustinenda commodiūs vasa, quæ ad sacra publica capite portabantur. Erat enim ritus apud Athenieenses, postea ad alias quoque nationes translatus, ut virgines nubiles Diana sacra capite gererent in canistris (unde Canephoræ, κανέφοραι, dictæ sunt) circulis quibusdam suppositis, ut firmius inhærent: hoc ipso Diana fidem facientes, se virginitatis pertænas cupere exautorari. Legitur exauctari, apud Lauremberg.

Arcum, genus modici plaustris, quo homo gestari possit. Chiromaxium Petronius appellat. Lecticæ impositus est, præcedentibus phaleratis cursoribus quatuor, & chiromaxio, in quo deliciae ejus ferebantur.

Arcuo, as, are, in modum arcus curvare. { פְּנַחַחַק, נָחַחַק. קָרְבָּן, קָרְבָּןָאֵלֶּין, כָּרְבָּןָה. GALL. Faire en voute, courber en forme d'arc. ITAL. Piegar in modo d'arco, inarcare. GERM. Siegen als ein Bogenfrümmen. HISP. Encorvar. ANGL. To bōwe or crooke like a bōwe, to mak lik à vault. } Plin. lib. 29. c. 6. Illam autem, quæ non arcuatur, Sepam Græci vocant, alii Scopendram.

Arcuatus, & Arcuatus, curvatus. Sidon.

Arcuatūs, a, um, particip. Curvatus in modum arcus. { בְּפָרַחַעַפְתִּי. GALL. Vouté, courbé en forme d'arc. ITAL. Inarcato. GERM. Gebogen/ gewölbt. HISP. Encorvado. ANGL. Crooked lyk a bōwe, vaulted. Liv. 1. ab Urbe. Ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato vchi iussit. Plin. in Epist. Sicut initio tentatum erat, arcuato opere. ¶ Est verò arcuum opus, quod arcus & fornices habet, non solidam substructionem. ¶ Dicitur etiam arcuatus, correptus ictero, hoc est morbo regio: de quo vide infrā Arquatus. Colum. lib. 7. c. 5. Potio humana veteri utinæ remedio & pectori ateuato.

Arcatus, pro Arcuarus, apud Ovid. legitur 11. Metam.

Iris & arcato cœlum curvamine signans.

Arcuatiūs, adverb. in modum arcus. { אֲלֹעֲמָהָאָס, כְּרֻבָּמָהָאָס. GALL. En facon d'arc. ITAL. A foggia di arco. GERM. Wie ein Bogen. HISP. Aguisa de arco. ANGL. After the maner of a bōwe, or vault. } Plin. lib. 29. c. 6. Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est è vermis terræ, pilosum, multis pedibus arcuatiūm repens, tractuque contrahens sese.

Ardalidēs, vel Ardabotides Musæ coluntur in Træzene, ab Ardalō quodam conditore, aut à loco dictæ Stephanus.

Ardæa, ἀρδαία, nomen urbis in Latio, Turni & Rutulorum regia, à Da-næ Persei matre, vel ut alii malunt, à Dauno Pilumini filio condita, & à fervore regionis sic dicta, quæ decem & octo millaria ab urbe est posita. Martialis,

Ardea solstitio, Praestanaque rura petantur,

Quique Cleonko sidere feruet ager.

Servius, Ardeam dictam ait, quasi ardūam, id est, magnam & nobilem. Higinus verò ab augurio avis Ardeam dictam vult. Hanc urbem post Turni mortem igni consumptam, & in avem sui nominis commutatam esse fabulatur Ovid. 14. Metam.

Ardætēs, ἀρδετής, populi sunt Ardeæ incola.

Ardæs, ardis, adject. Cic. 3. de nat. deor. Cui in agro Ardeati rem divinam facere solemus. Legitur & Ardeatino.

Ardæa, avis quadam, quasi ardua, quoniam volando alta petit. { שְׁלֵשָׁלָךְ. ἀρδεῖα. GALL. Heron. ITAL. Hierone. GERM. Etzreiger. HISP. Garza. ANGL. An hearn. } Virg. 2. Georg.

Atque altam supra volat ardea nubem.

Cuius diminutivum est Ardeola. Ardearum tria genera ponuntur ab Aristotele. Leucon, ab albedine dictum: Arctias, à fulgore astrorum: & Pelos, ab adverb. πίλας, quod propè significat, quoniam hoc tertium non ita altè volat.

Ardælio, || id est, Polypragmon, ab ardeæ imitatione, || homo inquietus, & huc atque illuc semper volitans, saliens, & omnibus negotiis sese immiscens. { קָלְדָּאָלֶק. πανταχούμων. GALL. Qui de tout se meste. ITAL. Inquieto, che vorrebbe far ogni cosa. GERM. Ein unruhiger mensch / der sich aller sachen underzeucht. HISP. Hombre ligero, sin verguenza, o perdidio por glotonias. ANGL. Amedler with many things, à smatteret. } Mart. ad Atta.

Vis dicam quid sis, magnus es ardelio.

Ardæo, es, arsi in præterito, arsum in supino, ardere. Flagro, deflagro, conflagro. { בְּעַרְבָּהָר, קָלְדָּאָלֶק. הַגְּוָעָה, מְלָאָה. GALL. Ardre, brusler. ITAL. Ardere. GERM. Brinnen. HISP. Arder. ANGL. To burne. } Virg. 2. Æneid.

Namque volans liquidis in nubibus arsit arundo.

Calepini Pars I.

Ardet iam omnia, de acerrimâ parte orationis & affectibus. Quint.

Scena viget studiis que fama distantibus ardet.

Ovid. Eleg. 1. lib. 3. Tript. Ardent oculi, &c. Plaut. Capt. sc. 4. act. 3. Ardere cœnili ædes, ita tum confulgebant. Idem Amphit. ¶ Per translationem Ardent ponitur pro ardenter, seu impatienter amare, sive aliquis cupiditate, vel studio teneri, sic modò cum accusativo, modò cum ablativo construitur. Virg. 2. Eclog. Corydon ardebat Alexin. Sic ardere pueros, pro impense amare. Gell. cap. 8. lib. 7. Horat. in Epod. Od. 14.

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathillo

Anacreonta Teium:

Cicer. Quoniam nimio videndi te desiderio ardebam. Et cum infinitivo. Virg.

patriæque mori pro mænibus ardent.

Plin. Ardeo te videre. ¶ Interdum pro festinare, *awolde*: unde ardens, pro festinante, ingenioso, acutioque ponitur, quod instar ignis omnia penetret: sicut è contrario Segnis dicitur tardus, quasi sine igne. Virg. 1. Æneid.

Instant ardentes Tyrij.

¶ Interdum pro fulgore emitto, *awol*, idem 4. Æneid.

Tyriisque ardebat murice lana.

Vnde & ardens, *awol*, pro fulgido, seu flammco. ¶ Interdum furere, vel irasci, ut apud eundem lib. 10.

Proxima queque metit gladio, latumque per agmen

Ardens limitem agit ferro, te Turne superbum

Cede nova querens.

Huc pertinent illa, ardere bello, avaritia, cupiditate, cura, dolore, flagitio, iracundia, invidia, &c. ¶ Ardere, activa significatione, pro aduere. Idem 4. Æneid.

ardebat Sirius Indos.

¶ Huius composita sunt exardeo, *awolou*, Inardeo, & Perardeo, in quibus præp. auget vim significationis.

Ardesco, is, ardens sio, iterum atque iterum ardeo, ardorem concipio.

{ קָרְיָהָקָדְה. בְּעַרְבָּהָר. φλέγμη. εύστραχη. GALL. S'allumer, s'embraser. ITAL. Devenir ardente. GERM. Brinnend werden/ eins brünstig werden. HISP. Hazerse ardente. ANGL. To be or waxe very heat or fierie. } Virg. 1. Æneid.

Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo.

Inde Exardeco & Redardeco.

Ardens, nomen ex participio. { בְּעַרְבָּהָר, אֲרַבְתִּי. GALL. Ardent.

ITAL. & HISP. Ardente. GERM. Brinnend. ANGL. Burning, very boate. } ut, Ardentissimæ dici horæ. Plin. lib. 31. c. 3. Ardentissimus color. Idem lib. 21. c. 4. Addidere alii Milesiam, cuius sit ardentissimus color, id est, fulgentissimus color.

Ille ferox, & adhuc oculis hostilibus ardens.

Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Tript. Ut oculos exuram lampadibus ardentibus. Plaut. Men. sc. 2. a. 5.

Cretais ardens campis.

Tibul. lib. 4. Ardente bello in Africa. Sueton. in Cesar. cap. 70.

Ardentér, adverbium. { אֲרַבְתִּי. ANGL. Earnestlie, ferventlie. } Plin. lib. 32. cap. 19. Austros ibi tam ardenter flare, ut æstatibus sylvas ascendant.

Arsurūs, participium futurum. Ovid. 14. Metam.

Luridaque arsuro portabat membra pheretro.

Idem 4. Fast.

Portat & arsuris arida ligna foci.

Idem Eleg. 1. lib. 4. Tript.

in arsuros carmina nostra rogos.

Ab arsuris carinis. Idem 13. Metam. Arsura bello Græcia. Liv. lib. 3. d. 4.

Ardor, is, vehemens calor & incendium. { קָרְבָּתְלָהָדָלְקָה. נָעָמָה. GALL. Ardeur, vehemence, chaleur. ITAL. Ardore. GERM.

Brunt/ grosse hit. HISP. Ardo, calor estremo. ANGL. Great heat. } Cic. 4. Academ. Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Plin. lib. 14. cap. 16. Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corvorum ardores. Tanto ardore oris in eos invenitus est. Velleius. ¶ Ardor, & fervor, pro æthere: quæ ab

awol, i. ardore, fervore, sumpta est verbi expositio. Cic. 2. de nat. deor. Ardor mundi per se ipse, ac sua sponte movetur. Rursus ibid. Fervor ille mundi purior, aptior est ad sensus commovendos, quam hic vester calor.

Ardia, civitas Illyriæ. Steph. Cives Ardiæ dicti sunt.

Ardicos, ἀρδίκος, teste Aristarcho, fluvius Scythiae, de quo Herodot. lib. 1.

Ardunna, sylva est miræ magnitudinis, quæ olim à ripis Rheni & Trevitorum finibus ad Nervios usque pertigit, & in longitudinem, teste Cæsare, millibus amplius quingentis patuit. Vulgo Ardene.

Ardum, veteres pro Aridum dicebant, inquit Nonius, citans illud Lucili ex lib. 17. Arduum, miserrimum atque infelix lignum, sambucum vocat.

|| Arduo, adduo, addo. Antiq. Rosin. ||

ARDVVS, a, um. Ascensu difficilis. { נָשָׂבָה kaschēb, נָשָׂבָה nisghab.

אֲרַבְתִּי, אֲרַבְתִּי. GALL. Haut & mal-aisé à atteindre. ITAL.

Arduo, alto, difficile malegevole. GERM. Hoch/ stotzig. HISP. Alto, y arriscado, difficulto d'alcançar. ANGL. High, which may not be easily climmend or passed up. } Ovid. 2. Metam.

Ardua prima via est.

Ardua per præcepis gloria vadit iter.

Idem Eleg. 3. lib. 7. Tript. Arduum an ab Arida & aspera via, an vero ab arduo, is, pro addo, quia quæ adduntur ad magnitudinem rei alii ciuius, eam altiorem faciunt. Propert.

Romani montes, & montibus addita Roma.

Sic Arvenio, Arcedo, Arbiter, Arcio. Tibul. lib. 4.

Ut facilisque tuis aditus sit, & arduus hosti.

Idem lib. 4. Arduis supercilii homo. Gell. cap. 1. lib. 4. ¶ Per me-

K taphoram.

taphoram accipitur pro difficulti, laborioso & molesto. Salast. in *Catin.* At mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & autorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere. Quod verbum exponens Gell. lib. 4. c. 15. inquit, Sed arduum Salustius non pro difficulti tantum, sed pro eo quoque ponit, quod Græci *dyskris*, aut *zæstæz* appellant, quod est cum difficile, tum molestum quoque & incommodum & intractabile. Plin. lib. 2. c. 46. Tam ardua inventu perquirere, inter bella præsertim & infida hostia. ¶ Hinc nascitur proverbium, In arduis constanter agendum: quo admonemur, in arduis ac periculis negotiis non esse præcipitandum consilium. ¶ Arduior, pro magis arauus. Cato.

Arduitas, is. Altitudo. { *בָּרוּךְ misghâb*, *וּמַפְּקֵשְׁכִּי*. *וְעַרְוָה*. GALL. Hauteur difficile à monter. ITAL. Altezza. GERM. Höhe. HISP. Altura arriscada. ANGL. Highnesse uneasiness in climbing. } ut, Montium arduitas atque asperitas. Varro 1. de re rust. cap. 10.

Ardum, aridum. Lucil. lib. 17. Arduum, miserium, atque infelix lignum vocant sambucum.

Ardys, *αρδύς*, filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno successit. Herod. lib. 1.

AREĀ, propriè locus est ubi frumenta secta teruntur & arescant, unde ædificii area dicta est. Ad huius similitudinem locus in urbe purus sine ædificio area dicitur, lib. 4. de lingua Lat. quem Græci *περιτεία* dicunt. { *τῆς γορην*, *ἄραις καὶ ἀστοῖς*. GALL. Aire, place sans bâtiment. ITAL. Aia, piazza. GERM. Ein ort oder platz on ein gebew/ ein hofstatt. HISP. Era. ANGL. The floore of an house, a plane or even place. } Valla, Campus est planities ampla & grandis, ideoque spatiosæ plateæ areæ, campi nomen accipiunt. Unde Romæ campus Martius: nam locus hujusmodi vocatur area. Cic. in Parad. Etenim si callidi isti rerum æstimatores, prata & areas quædam magni æstimant, quod ei generi quasi nocere nihil potest. Suet. tamen in Casare, posuit Aream pro loco puro, accommodato foro exstruendo, quum inquit, Forum de manibus inchoavit, cuius area super sesterciū milles constituit. Virg. lib. 1. Georg.

Area tum primū ingentis est aquanda cylindro.

Colum. lib. 1. Area quoque si terrena erit, ut sit ad trituram satis habiliis, primū radatur.

— *Bis frugibus area trita est,*

Ovid. Eleg. 6. lib. 4. Trist. Area Vulcani. Gell. cap. 5. lib. 4. Areæ exiguae descriptis arte patent in multis usus. Senec. cap. 10. de Tranq.

En patet in laudes area lata tua,

Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Trist. Item Plaut. Asin. sc. 2. a. 1. Anceps quando concinnavit aream, offundit cibum. ¶ Proverbial figura dicimas, In area latitas, *ἐν ἀραιᾳ φρεστάτεις*. De eo qui in eo versatur negotio, ut non possit non esse conspicuus: aut qui sic latitat, ut à nemine tamen non conspiciantur: nam in area nulla latebra. ¶ Item Area, & per diminutionem Areola, est terra probè subacta, atque sata, seu serenda, quales sunt in hortis quadrata quædam & bene subacta, & coæquata spatha, in qua mox semina iacentur. Colum. Areæ sic informandæ sunt, ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perveniant. ¶ Apud Geometras area sumitur pro spatio vacuo in aliqua figura, ut triangulo, vel quadrangulo. ¶ Item area morbus est capitum cum profluvio capillorum, ita dictus, quod areas quædam, hoc est, loca capillis nuda, in capite efficiat. Area de caluitie, Mart. Epigr. 50. lib. 5. Celsus lib. 6. c. 4. Arearum genera duo: commune utriusque, quod emortua summa pellicula, pili primū extenuantur, deinde decidunt. Ea quæ *ἀλωπικία* appellatur, sub qualibet figura dilatatur: sic & in capillo & in barba. Id verò quod à serpentis limitidine, *φριάνη* appellatur, incipit ab occipito, & duorum digitorum latitudinem non excedit. Hæc ille. ¶ Area præterea à quibuldam nominatur species, vel imago sydereæ claritatis, illustrata undique, quæ & *υἱοῦ* à Græcis dicitur: differens ab iride, quod hæc adverso sole appareat: area verò totum sydus ambiro suo cingat. Vide commentarium de Mundo, qui Aristoteli adscribitur.

Arēa, *ἀρέα*, sive Aria, media prod. Insula est in Ponto versus Colchos, Marti consecrata. ¶ Item Area, *ἀρέα*, fons & lacus in Thebis, incolæ Arii dicuntur. Stephanus.

Arēatōr, qui aream purgat, & in ea frumentum triturat. { *ἀλωπίς*. ANGL. That wypeth the floore. } Colum. lib. 2. c. 21. Atque hoc supremum areatoris emolumentum percipiendorum seminum, quæ terre crediderat. Hæc Calepinus. Mea tamen sententia, Aratoris, non Areatoris legendum est.

Arēolā, diminutivum ab area, { *ἀλώνιος*. ANGL. A little floore. } Col. lib. 6. Qum terram bene subegeris, areolas facito. ¶ Aliter accipitur à Geometris, pro spatio scilicet in figuris vacuo inter lineas.

Arecomici, orum, populi sunt Galliæ Narbonensis, trans Rhodanum, in Occasum versi, quorum Metropolis est Nemausum, vulgo *Nîmes*. De his Plin. lib. 1. cap. 4. & Poimp. lib. 2. Strabo Aricomicos vocat, Ptolomæus Arecomios.

Atelate, *ἀτελάτη*, civitas est in mediterraneo Narbonensis Galliæ, à Plinio dicta colonia Sextanorum, quoniam ex sexta legione coloni eò deduci sunt. Suet. in Tib. cap. 4. Vulgo *Arles*. ¶ Est & Germaniæ civitas in Norico, Ptolomæo, quæ vulgo *Lintz* appellatur.

Aremorica, Galliæ comitatæ pars tertia, à Celtis Garumna fluvio divisæ: alio nomine Aquitania dicta, teste Plinio lib. 4. cap. 17. vulgo *Guienne*.

Arena, *ἀρένη*, Peloponnesi civitas est iuxta Pylum, quæ flumine Mynelo abluitur. Urbis huius meminit Homerus lib. 2. Iliad. & Strabo lib. 8.

Arēnā, tenuissimus pulvis & aridus, ideoque ab ariditate deductum nomen quidam existimant. { *τῆν σχολ. ἄρην*. GALL. Sable, arène, sablon, gravier. ITAL. Arena. GERM. Sand. HISP. Arena. ANGL. Sand, gravel. } Caret enim omni humore, & succo, unde & plurimum aquæ ebilit: & ita sine aspiratione scribi debet. Nec quenquam mouere debet, quod Arena habeat primam brevem, Areo verò producit, quum derivativa non semper primitorum naturam servent. Alii per aspirationem scribunt, voluntque dici ab hæcendo, quod

sibi invicem propter tenuitatem cohæreat: vel quod cum calce parietibus inhæreat, sicut in fabricis videmus. Eius verò tres sunt species: scilicet fossilis, fluviatilis, & marina, inter quas crassior, sabulum, *ψάμμος*, nuncupatur. Arena sine calce, Suet. in Calig. cap. 53. Metaph. Arenæ scenæque devoti. Ibidem cap. 10. Arena, vel scenæ operam edere. Idem in Tib. c. 35. Arenarum remedio confirmare claudicationem. Idem in Aug. cap. 88. Morbum intercurem curare, Gell. autor est cap. 8. lib. 19. ubi disputat, Arenas numero multitudinis non dici. ¶ Litoris arenas furari, proverbialiter dicitur, qui rem ab omnibus neglectam & incustoditam tollit. Ovid. de arte amandi:

*Ille potest vacuo furari littore arenas,
Vxorem stulti quisquis amare potest.*

¶ Ex arena funiculum necis, *Ἐξ ἀραιας γονιας μῆλος*. In stultè frustaque conantem dicebatur: aut ubi quis ea connectere laborebat, quæ nequaquam cohæreant. In summa quadribit in quidvis *ἀδιάτοπη*. ¶ Arena interdum terram aridam significat, quæ est sicut arena, authore Servio. Virg. 1. Georg.

Exiguus sterilem ne deserat humor arenam.

¶ Quandoque Arena ponitur pro loco in quo pugnabant gladiatores, quod locus ille arena & pulvere solet esse conspersus.

Scilicet ut vietus repetit gladiator arenam.

Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Fortior in fulva novus est luctator arena.

Idem Eleg. 6. lib. 4. Trist.

Integer est melior nitidus gladiator arenis, ibid.

— *Quot flavae Tybris arenas,*

Mollia quot Martis gramine campus habet.

Idem Eleg. 1. lib. 5. Trist.

— *Quot littus arenas*

Quoque fretum pisces.

Idem Eleg. 1. lib. 4. Trist.

— *sparget tamen acer arenam*

Taurus, & infesto iam pede pulsat humum.

Idem Eleg. 9. lib. 4. Trist. Ne arenam quidem, aut littus exploder.

Senec. cap. 10. de consol. ad Marc.

— *innitens limosa pronus arena.*

Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist. Sueton. in August. Quodam autem muneric die Parthorum obsides tunc primū missos, per arenam medianam ad spectaculum induxit. ¶ Hinc arenarii dicti sunt gladiatores qui in arena depugnabant. ¶ Per translationem arenam dicimus, pro foro, quia illuc sic depugnabant actores causarum, ut in arena gladiatores digladiabantur. Senec. Hoc ita habitum est, scholam quasi ludum esse, forum arenam. Hinc Plin. Arenam suam appellat Centumvirios: quoniam in iudicio centumvirali certabant frequenter telis oratoriis. Hoc nomen licet raro pluralem numerum habeat, Virg. tamen dixit:

— *Quam multa Zephyro turbantur arena.*

¶ Ab hac significatione oritur adagium, In sua ipsius arena, hoc est, in sua arte: neque enim parum gladiatorum referebat, in nota, an ignota dimicarent arena.

Arēnacēus, a, um, quod est arenâ mixtum, vel arenæ simile, vel ex arena. { *ἀραιός*. GALL. De sablon. ITAL. Di arena. GERM. Das von sand ist/sandechtig. HISP. Cosa de la materia de arena. ANGL. Off sand. } Plin. lib. 17. cap. 7. Etenim alba, rufa, columbina, argillacea, topacea, arenacea. Idem lib. 13. c. 15. Inveniuntur in corniculis cochlearum arenaceæ duritiae.

Arēnāriūs, a, um, quod ad arenam pertinet. { *ἀραιός*. GALL. Appartenant à sablon. ITAL. Pertinente all' arena. GERM. Das zu dem sand gehört. HISP. Cosa perteneciente à la arena. ANGL. That belongeth to sand. } ut, Iupiter arenarius, quem Græci Ammonem dicunt.

Arenarius, substantivum, *ἀραιός*, bestiarius, qui in arena atque amphitheatro cum bestiis depugnat: qui infamis est Iurisconsultis ac satyris. Iulius Capitol. in Antonino: Tum sancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus lanista, nullus scenicus, nullus arenarius, &c. Item qui arenam vendit, Diomed. lib. 1.

Arēnāriæ, arum, Arenæ fodinæ. { *ψαμμοῦ*. GALL. Sablonieret. ITAL. Due se caval' arena. GERM. Sandgrub. HISP. El lugar donde se saca la arena. ANGL. Sandpittes. } Cic. pro Cluentio, In arenariis quædam extra portam Elquinianam productus occidetur. Varro, Neque lapidicinæ, neque arenariæ ad agriculturam pertinent.

Arēnātūs, a, um, quod arenâ mixtum est, { *ψαμμός*. ANGL. Mingled with sand. } ut Calx arenatus. Cato de re rust. c. 18. Postea camentis minutis & calce arenato semipedem unumquodque corium struit.

Arēnātūm, substantivè, pro eo quod ex arena factum: sicut marmoratum, quod ex marmore. { *ψαμμότης*, *ψαμμοῦ*. ANGL. Morter made of lime & sand. } Vitruvius. Quæ autem tectorio fundata arenæ & marmorati soliditate sunt. Varro de re rustica, Ubi libræris de glarea & calce, arenatum primo corio facito. Plinius, la Græcia tectoris etiam arenatum quod ducturi sunt, prius in mortario ligneis vestibus subigunt. Arenatum alio nomine Intritam vocamus: Barbari etiam Mortarium, nonnulli & Cementum, sed perperam. Nam cimenti appellatione lapides significantur impoliti, vel portiū lapidum frusta quæ arenato conjunguntur, ut latius docobimus suo loco.

Arēnōsūs, a, um, quod arena abundat. { *ψαμμός*, *ψαμμοῦ*. GALL. Sablonneux, plein de sable. ITAL. Arenoso, pieno d' arena. GERM. Vol sande sandechtig. HISP. Cosa llena de arena. ANGL. Full of sand or gravel. } Plin. Litus non arenosum, sed alga & aliorum fodiibus plenum. Virg. 4. Aeneid.

Litus arenosum Libya.

Cels. lib. 2. c. 7. Urina arenosa.

Arēnālā diminutivum ab Arena. { *ψαμμόθης*. GALL. Menù sablon. ITAL. Minuta sabbia. GERM. Klein sand. HISP. Arena delgada. ANGL. Small sand. } Arena tenuissima. Plin. lib. 30. c. 3. Arenula quæ inveniuntur

clarissimis Germaniae civitatibus, turris quæ est ad Cathedralem Ecclesiam, mirificâ structurâ, item armamentario instru-
ctissima, maximè insignis est. ||

Argenusa, ἀργυρού Stephano, insula est Lesbos adiacens, iuxta Argemon
promontorium, in qua Alcibiades extinctus est. Plin. lib. 5. c. 31. Ar-
genusam vocat.

ARGENTVM, metallum est post aurum pretiosissimum, quod gignitur
(si chymistis credimus) ex argento vivo, & sulphure albo, ἡρα-
chesphæros, ἡριός. GALL. Argent. ITAL. Argento. GER. Sylber. HISP. La plata. ANGL. Sylver. § Petito argentum à me præ-
sentarium. Plaut. Moſt. sc. 1. a. 2. Metuo ne oleant argentum manus.
Ibid. sc. 3. a. 1. Ne argentum te acceſſe ſuſpicietur. *Ibid.* Pro capite
argentum dare. *Ibid.* Namque ſi me argento emeris, liber ſervibo tibi.
Idem Men. sc. ult. a. 5. Resolui argento cui debeo. *Ibid.* sc. 5. a. 5. Vafa
& argento tibi referam (i. vafa argentea.) Idem Menach. prologo.
Tu argento eluito, & idem exſtruio, i. vafa. Idem Pſeuſ. sc. 2. a. 1.
Quod vis tibi argento accipias. Pſeuſ. Si non feres argento, pe-
dem intrò non feres. Idem Men. sc. 3. a. 4. Pro capite argento nu-
mera. Idem Pſeuſ. sc. 2. a. 1. Promiſſi argento redditum iri, xix.
minas. Idem Cure. sc. 2. a. 1. Cui nec paratus numus argenti fiet. Idem
Pſeuſ. sc. 1. a. 1. & sc. 3. a. 1. Respondit ſibi eſſe argenti inopiam. Idem
Cure. sc. 3. a. 2. Ut argenti faceret copiam. *Ibidem.* Sportulam cape &
argentum, eccos tres numeros. Idem Menach. sc. 4. a. 1. Mihi petiūtum ar-
gentum mutuum. Idem Cure. sc. 1. a. 1. Quid id tua refert peierare
dum argento accipias. Idem Amphitr. sc. 1. a. 3. Non ſinam niſi ar-
gentum mihi redditur, viginti minæ. Idem Pſeuſ. sc. 7. a. 4. Argen-
to accepi, nihil curavi ceterum. Idem Capt. sc. 3. a. 5. Argentum ac-
cepi, dote Imperium vendidi. Idem Aſin. sc. 1. a. 1. Hęc argento non
emo. Idem *ibidem.* sc. 7. a. 1. Dividere argenti nummos in viros. Idem
Aul. sc. 2. a. 1. Quantillum argenti mihi apud Trapeſitam. Idem Capt.
sc. 1. a. 1. Solutos finat quoſ argento emerit. *Ibidem*, præſenti pecu-
nia. Quod lamentare non eſſe argento tibi. *Ibid.* sc. 3. a. 1. Nemo
prohibet, quin quod palam venale eſt, ſi argento eſt, emas. Idem
Cure. sc. 1. a. 1. Allaturus eſt cum argento marsupium: ſuprà, cum
viatico. Idem Men. sc. 7. a. 5. Quis eſt qui cupiat argenti facere aliquid
lucrī. Idem Moſt. sc. 1. a. 2. Eius ſpuma vulnera ſanat, neque ſinit ſu-
perfluas carneis excrescere, & ſordes cordis mindificat. Argentum
factum dicitur, quod elaboratum eſt, & in vafa, aliamve ſupelleſtilē
fabricatum. Graci ἀργυρόνυξ appellant. Pomp. ff. de auro & argento.
legato. Argento factō Q. Mutius ait, vafa argentea contineri, veluti
trullas, paropsides, pelves, & his ſimilia. ¶ Argentum infectum, hoc
eſt, rude & nondum elaboratum. ¶ Argentum ſignatum, ab eo dici-
tur pecunia argentea, quod ſignum principis, vel magistratus habeat
impreſſum. ἀργυρόνυξ. Seneca 1. de benef. Libentius donabo argento
factum, quam ſignatum. ¶ Interdum etiam Argentum absolute po-
ſitum legimus pro argento factō, five ſupelleſtilē argentea. Plaut.
Tu eſto leſtſternator, tu argento eluito. Cicero. Quum eſſent tri-
clinia ſtrata, argentiūque expositum in aedibus. ¶ Item pro argento
signato, hoc eſt, pecunia argentea. Terent. in Phorm. Emunxi argento
ſenes. Idem in Heaut. Argentum cudo. ¶ Argentum primò ſignatum
eſt anno Urbis 585. Quinto Fabio conſule, quinque annis ante bellum
Punicum primum. Nota argenti biga & quadriga fuerunt, inde Bi-
gati, & Quadrigati nummi appellati ſunt. Aureus verò nummus 60.
anno post argenteum percutiſt eſt, in quo primò Consulum, deinde
Imperatorum capita imp̄iſimi ceperunt, & ab iis ſepe nomina acce-
pere. Argenti venex, ἀργυρίδης φλεῖς. ¶ Argentum pufſulatum,
vide infra ſtatim poſt diſtioneſt rustula. ¶ Argentum accepi, impe-
rium vendidi. Plaut. proverbii quadam ſpecie in Aſinaria dixit. Ni-
hil hac ſententia decantatus, Qui accepit beneficium, perdit libertatem.
¶ Argenti fontes loquuntur ἀργυρές καὶ ταῦτα. Hoc adagio
notabantur ij, qui ſtolidē quidem atque indoſte, ſed arroganter ta-
men & confiderenter loquerentur, opibus videlicet ſuis freti. ¶ Argentum ſublimatum nusquam apud antiquos reperiri traditum eſt.
Planè venenum eſt, quod ſemihora & minori ſpatio excedendo inter-
ficit. Nam omnia intrinſeca, & præſertim præcordia, velut ignis urit.
¶ Argentum rafile. Velleius Paterculus histor. 2. de Caſare, Quin-
que egit triumphos: Gallici apparatus ex Citro, Pontici ex Acan-
tho, Alexandrini teſtudine, Africi ebore, Hispaniensis argento rafili
conſtituit. Argentum viatorum, & argento balneare: de qui-
bus D. lib. 34. tit. 2. l. 39. & 40. Aquam argento non emo. Plaut.
Aſin. sc. 3. act. 1. ¶ Argentum muliebre, l. 12. §. ult. ff. de inſtruct. &
inſtrum. leg.

Argentariū, argenteæ ſupelleſtilis instrumentum, ἀργυροθήνη. Ulp.
D. lib. 24. tit. 2. l. 19. Ut injunctura argentea ſcio me dixiſſe, quod
non ip̄ argento paterfamilias reponebat.

Argentarius, rī, ſubſtantivē, qui argento exercet, hoc eſt, apud quem
pecuniam deponimus, quam tempore locōve alio nobis reddat. § τα-
μίας, ἀργυροθήνη. GALL. Banquier, changeur. ITAL. Caiſſiere, ban-
chieri. GERM. Wechſeler. HISP. Cambiadore o banquero publico.
ANGL. A banker o wilendeth money. § Plaut. ſin. sc. 1. a. 1. Apud
Archibulum ero argento. Et paulo poſt. Ibo ad forum, ibi mane-
bo apud argento. Miles aſ perit, itur, putatur ratio cum argen-
tario. Idem Aul. sc. 5. a. 3. Idem Cure. sc. 2. a. 5. Argentariis male
credi, & bene credi ridiculum eſt. Et Pſeuſ. sc. 3. a. 1. periphrasti-
cas. Poſtquam à mensa iſti ſurgunt, Romæ cum pecunia alicui aut
aſſignabatur, aut ſoluebatur, ea ab argento curari conſuevit. Idem
in Cure. Habent hunc morem plerique argento, ut aliud aliud
poſcant, reddant nemini. Eundem etiam Trapeſitam & Mensarium
appellamus. Idem *ibid.* Ibi me interrogat, ecquem in Epidauro tra-
peſitam Lyconem noverim. Cicer. pro Flacco. Civitas, in qua num-
mus nullus moveri potest, ſine quinque Prætoribus, tribus Questoribus,
quatuor Mensariis. ¶ Propriè autem argento dicuntur (ut
docet Iurecons. ff. de eden.) majores mensarii, qui multorum pecu-
nias acceptas cuſtodiunt, quum opus fuerit reddituri, & quorum of-
ficiū atque ministerium publicam habet cauſam: hi que rationes
conficiunt. Author eſt Seneca, argentoſios præſeſtis publicis auctioni-
bus. Vide Budzei annotationes in Pandectas.

Argentarius, a. um, adject. quod eſt argenti, quod ad argento per-
net. ἀργυροθήνη, ἀργυροθήνη. GALL. D'argent, appartenant à argent.
ITAL. Cosa d'argento, quello ch' appartiene all' argento. GERM. Das
zum Sylber gehört. HISP. Cosa perteneciente à la plata. ANGL. Be-
longing to ſilver, of ſilver. § Plin. lib. 33. cap. 5. Laudationem ean-
dem in ætariis metallis, & proximam in argentoſi fieri compertum
eſt. Ratio argentoſia, id eſt pecuniaria. Cato de re ruf. cap. 2. Ratio-
nem putare argentoſiam & frumentariam. § Auxilium argentoſiam.
Plaut. in Pſeuſ. sc. 1. a. 1. Spero alicunde hodie me bona opera, aut
mala tibi inventurum eſſe auxilium argentoſiam. Ita miseri & amore
pereo, & inopia argentoſia. *Ibid.* sc. 3. a. 1. Illecebra argentoſiae, mere-
trices. Idem Men. sc. 4. a. 2.

Argentaria, æ, mensa, tabernāve argentoſia, vel etiam officina, in qua
argentum cuditur, aut præparatur. ἀργυρεῖον, ἀργυροχωρεῖον. GALL.
Boutique ou forge où on bat, ou forge l'argent. ITAL. Banco, zecca, o
bottega dove ſe batte l'argento. GERM. Wechſelbank, oder ein Syſ-
terbemitteln. HISP. Plateria, o la casa de la moneda. ANGL. A ban-
kers table or ſhoppe. § Plaut. in Epid. Per myropolia & lanienas, cir-
cūque argentoſias. § Significat & Argentoſia officium, ſeu fun-
ctionem argentoſia. Ulpianus tit. de eden. Sed & quod ſolui conſtituit argentoſius, edere debet: nam & hoc ex argentoſia venit. ¶ Ar-
gentaria facere, vel exercere. ἀργυροχωρεῖον i.e. άργυροθήνη. Idem eod.
tit. Is etiam qui deſiit argentoſiam facere, ad editionem compellitur,
ubi argentoſiam exercuit.

Argentatus, a. um, Argento teſtus. ἀργυροπτ. GALL. Argenté, couvert
ou revestu d'argent. ITAL. Coperto d'argento. GERM. Obersylbar.
HISP. Cosa plateada por de fuera. ANGL. Covered with ſilver,
overlaide with ſilver. § Livius 9. ab Vrb. Tunica auratis militi-
bus verſicolores, argenteis lintex candidæ. Ad me cum argentoſata ac-
cedito querimonia. Plaut. Pſeuſ. sc. 3. a. 1. Drachmæ, five lacrumæ
argenteæ. *Ibid.* sc. 1. a. 1.

Argentēus, a. um, quod eſt ex argento. ἀργυρός. GALL. D'argent.
ITAL. Fatto d'argento. GERM. Sylberin. HISP. Cosa toda de materia
de plata. ANGL. Made of ſilver. § ut, Argenteus denarius, & ar-
gentæ ſphæræ, apud Plin. Argenteum ſolium, argenti ſplendorem
reverſens, apud eundem lib. 16. cap. 18. Argentea amica, quæ argento
vendita eſt. Plaut. in Pſeuſ. sc. 3. a. 1. Quid ego ex te audio? amicam
tuam eſſe factam argentoſam. *Ibid.* sc. 1. a. 1. pro lignea ſalute argen-
toſam viſ remittere. ¶ Argenteis hastis pugnare, ἀργυροῦ λόγγοις πά-
χαι, qui quum negotium alio pacto confici nequit, muneribus &
largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum, quod pecuniā non
explicetur. Ortam aiunt parœmiam ab oraculo quodam Apollinis,
qui Philippo regi conſulenti, quo pacto poſſet victoria potiri, reſpon-
dit ad hunc modum, ἀργυροῦ λόγγοις πάχαι, η μίτρα νικῶντος, i. Ar-
gentæ pugna telis, atque omnia vinces. ¶ Bos in quadra argentea,
πόσις ἀνταρροῦ ἀργυροῦ. In eos qui personam ſuſtinent officium ali-
quod egregium pollicentem, nec ulli tamen ſunt uſui, niſi ad volunta-
tem, aut faſtum.

Argentōſus, cui immixtum eſt argento. ἀργυροποι. GALL. Plein
ou meſlé d'argent, argenteux. ITAL. Che tiene d'argento. GERM.
Das mit ſylber vermischt iſt. HISP. Cosa que eſta mezclada con
plata. ANGL. Full of ſilver wherewith ſylver is mingled. § ut, Au-
rum argentoſum. Plin. lib. 33. cap. 5. Ita ferruminantur aurum, quod
argentoſum vocant.

Argentifodinā, æ, ubi foditur argento, quam Argenti minam vo-
camus. ἀργυροτεχνία, ἀργυροχυρεῖα. GALL. Mine d'argent. ITAL. Minera
d'argento. GERM. Ein Sylber uib. HISP. Minero de donde ſacan
plata. ANGL. A ſylver mine. § Plin. lib. 33. c. 6. Odor ex argentoſo-
diniſ inimicus eſt omnibus animalibus, ſed maximè canibus.

Argentum vivum, genus eſt metalli liquidi, argentum colore, fluida ve-
rò conſistentia aquam referens: unde & nomen accepit υρδαργυρό.
Aristoteles ἀργυροῦ τὸ, hoc eſt, fuſile, ſeu liquidum argento ſu-
cat. § GALL. Vif argent. ITAL. Argento vivo. GERM. Queckſylber.
HISP. Azogue. ANGL. Quick ſylver. § Huius duæ ſunt species, Na-
tivum, ſeu Foffitum; & Faſtitum, quod ex minio excoquitur.
Vtrumque Hydrargyros Dioscoridi dicitur. Plinius Hydrargyrou
ab argento vivo diſtinguit, quod fossile eſt & nativum. Argentum
vivum, quod ex minio purgatur, Hydrargyron appellans. Sic enim
habet lib. 3. c. 3. Aes inaurari argento vivo, aut certè hydrargyro le-
gitimum erat. Utraque species pestilentem exhalat odorem, auram
que planè exitiale.

Argentangina, vocabulum eſt Latinum, ex Graeco ἀργυροῦ γένειum effictum:
quo significatur angina ex argenti, hoc eſt, pecunia cupiditate pro-
ficiens. Unde Argentangina laborare dicuntur, qui pecunia cor-
rupti reticent ea, quæ ad Reipublicæ commoda iudicant peritare.
Vide inſtrā in diſtione Argyranche.

Argeltes, ἀργεῖον. ITAL. Vento di maeftro. GERM. De westwind.
HISP. The Dorrie westwind. § Ventus flans ab occaſu aeftivo, qui à
Latinis Corus & Caurus dicitur. Plin. lib. 2. c. 47. ab occaſu equino-
ctiali Favonius, ab occaſu ſolſticiali Corus: Zephiron & Argeſta
vocant.

Frigidus Argeſtes ſummas mulcebit aristas.

Ovid. ſ. Faſt.

Argēus, a. um, ἀργεῖον, denominativum deduētum ab Argis Peloponne-
ſi urbe, idem significans, quod Argivus. Horat. lib. 4. Carm. Tybut
Argeo poſitum colono. § Argei quoque, teste Faſto dicebantur ſcie-
pæ effigies, quæ per Virgines Vestales iaciebantur ſingulis annis in
Tyberim per pontem ſublicium. Ire ad Argeos dicitur Flaminica.
Gell. cap. 15. lib. 10.

Argia, ἀργεῖα, Adraſti regis Argivorum filia, & uxor Polynicis: de cu-
iuis in defunctum maritum pietate, vide Statium lib. 12. Theb.

Argiae, ἀργεῖαι, insulæ ſunt numero viginti, Cariæ adjacentes: ut ſcribit
Plin. lib. 5. cap. 31.

Argila, ἀργεῖα, uiba Cariæ. Steph.

Argiletum, locus erat Romæ iuxta Palatium, ita dictus (ut quidam
volunt) ab Argo Argivorum duce, qui ab Evandro hospitio ex-
ceptus, quum in affectati regni ſuſpicionem veniſſet, ab Arcadiis,
inficio

inficio (ut volunt) Evandro, est occisus. Cui postea Evander tumulum erexit, quem de nomine ejus Argiletum appellavit. Huc alludit Virg. 8. *Aeneid.*

— *lēthum docet hospitis Argi.*

Alij Argiletum dictum putant, quasi argilletum, ab argilla, hoc est creta, cuius eo in loco erat magna copia. Vtramque opinionem refert Varro lib. 4. de L. L.

Argilla, terra tenax, qua figuli utuntur ad facienda vas. *argilla chemér.* *argilla GALL.* Argille, terre forte, terre grasse. *ITAL.* Creta, terra. *GERM.* Waich Erdtrich / waicher Leim oder Lett. *HISP.* Barro, ò arzilla. *ANGL.* Potters claye. } Cie. in Pisonem. Quid cessat hic homulus ex argilla, & luto factus Epicureus? Horat. 2. Epist.

— *idoneus arti*

Cuilibet, argilla quidvis imitaberis usu.

Sunt qui unico l. scribant, quod etiam convenire videtur cum Graeca origine: contrà tamen usus obtinuit.

Argillacēus, a, um, quod ex argilla est, aut quod tenax est in modum argillæ. { *argilla*. *GALL.* Chose d'argille, ou gluant & prenant comme argille. *ITAL.* Cosa fatta di creta. *GERM.* Das aus Leim ist. Lettechtig / Schlipferechtig. *HISP.* Cosa de materia de barro. *ANGL.* Full of potters claye. } Plin. lib. 17. cap. 7. Est enim alba terra, rufa, columbina, argillacea.

Argillōsus, a, um, abundans argilla. { *argilla*. *GALL.* Argilleux, plein d'argille. *ITAL.* Abondante di creta. *GERM.* Das Lettechtig oder Leimechtig ist. *HISP.* Lleno de barro. *ANGL.* Full of potters claye. } Plin. lib. 22. cap. 4. Sciri nec pinguis vult, nec argillosis locis. Colles argillosi. Colum. lib. 1. de arbor. cap. 17. Olea maximè collibus siccis & argillosis gaudet.

Argilus, *ἀργίλος*, Herod. lib. 7. hist. teste, urbs sicut Aemathia, non procul ab ostio Strymonis fluvij versus Occidentem.

Arginusa, *ἀργινούσα*, insula est exigua, Lesbo adjacens, inter Methymnam & Mitylenem, juxta Argenum promontorium, unde & nomen habet. Meminit huius insulæ Plin. lib. 5. c. 31. Stephanus *ἀργινούσα* vocat. Strabo autem lib. 13. tres facit insulas Arginusas modico intervallo discrietas.

Argiphontes, *ἀργιφόντες*, cognomen est Mercurij, tractum ab Argo centculo, Ius custode, quem Iovis iussu interfecit. Mythologici interpretantur Argum sphæram esse stellatam, quod illi insit species quedam cœlestium oculorum. Io autem terram esse volunt, quam Egypti in hieroglyphicis literis bovis imagine exprimit. Hanc Argus, hoc est cœlum stellarum, nocturno tempore desuper videtur observare. Mercurium autem Solem interpretantur, qui Argum tunc dicitur occidere, quoniam luminis sui magnitudine stellas omnes obscurat, earumque conspectum mortalibus eripit. Vide Macrobius, *Saturn.* lib. 1. cap. 19.

Argippæi, orum, *ἀργιππαῖοι*, populi sunt Scythæ, juxta Sarmatas, & Thussagetas, ab ipsa nativitate calvi, simis naribus, & ingenti mento, proprio quodam oris sono, ex arboribus vicitantes. Hi quum arma nulla habeant, à nemine tamen afficiuntur iniuria, propterea quod sacri putentur. Idem finitimarum controversias dirimunt, & ad se confugientes tuentur ab iniuria. Plura de his Herod. lib. 4.

Argis, *ἀργίς*, adverbialiter in loco. Plin. lib. 26. Argis etiam olea ducare dicitur.

Argissa, *ἀργισσα*, Thessalæ civitas est propè Peneum, condita à filiis Larissæ, deinde Argissa vocata, ut scribit Strabo lib. 9.

Argō, gener. foem. *ἀργόν*. Prima navis fuisse creditur, qua Iason, unum cum flore iuventutis Graecæ, Colchida navigavit, vellusque aureum, à Medea adjutus, in Graeciam reportavit. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. *Trist.*

Is quoque Phasiæns Argon qui duxit in undas.

Volunt autem hanc navem Argo appellatum ab Argo architecto, de quo Flaccus,

— *ad charum Tritonia devolat Argum.*

Moliri hunc puppim jubet, & dimittere ferro Robora.
Diodorus à velocitate dictam putat: nam *ἀργός* inter cietera significat velocem. Alij ab Argivis, qui in ea vecti fuerint, malunt appellatam. Quod sentire videtur Cicer. lib. 1. Tusc. qnest. quum ait: Et eas angustias, per quas penetravit ea, quæ est nominata Argos, quia Argivi in ea delecti viri vecti perebant pellem inauratam arctis. Est & Argo signum cœleste, quod & navis appellatur. Oritur prius Idus Martij.

Argonautæ, *ἀργοναῦται*; dicti sunt heroës illi, qui cum Iason in Colchos profecti sunt, numero amplius quinquaginta: ex quibus præcipui fuit Castor, & Pollux, Telamon, Orpheus, Hercules, & Hyllas puer. Sic cognominati à navi qua navigaverunt. De his Orpheus lib. 1. & Apollonius in Catal. Heroum, & Flacc. in Argon. Dicti sunt à tarditate. Martial. epigr. 16. lib. 3.

Argopelascos, Homerus vocat *Theffalos*.

Argos; eos, & in plurali numero Argi, otum, *ἀργός*, ò, clarissima civitas Peloponnesi, non procul à Mycenis, quæ ad discriminem aliarum ejusdem nominis urbium, Argos Hippium dicebatur, quod agrum haberet pascendis equis in primis idoneum. Dicitur & Dipson, ab aquæ penuria: quo sit ut plures eodem utantur puto: quod genus est apud illos arctissime societatis. Aliquando & Phoronicum dictum est, teste Stephano, à Phoroneo primo rege. Est autem hoc nomen in singulari numero neut. gen. quod apud Graecos declinatur, *τὸ αργός*, *ἀργός*: apud Latinos autem tantum in usu habet nominativum, accusativum & vocativum; in plurali vero masculinum est secundæ nominum inflexionis. Horatius,

Aptum dicit equis Argos, ditesque Mycenæs.

Virg. 7. *Aeneid.*
— *Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis.*

Est item Argos oppidum Thessalæ, quod & Pelasgicon dicunt, à Pelasgis. Lucanus.

— *vbi nobile quandam*

Nunc super Argos arat.

Aliud in Acarnania, Amphilochicum cognominatum, quod Alcæpini Pars I.

Argon, ejusque liberi condidere, ut inquit Strabo lib. 7. Fuit & Argo Apuliae oppidum, à Diomede conditum, & primùm à nomine relicte patriæ Argos Hippium appellatum, quod deinde Argyrippam, & postremò Argos vocarunt. } Thessaliam quoque aliquando Argos Pelasgicum appellatam fuisse, autor est Plin. lib. 4. cap. 7. } Ipsam præterea Peloponnesum antiqui Argos, & Argos Archaium appellavere, ut scribit Strabo lib. 8. } Est item Argos, sive Argus, canis nomen apud Hom. lib. 17. Odyss. qui solus Ulysses vigesimo demum anno in patriam redeuntem agnovit.

Argivus, *ἀργίβος*, id est, Graecus. Virg. 2. *Aeneid.* Argiva phalanx. Cic. 2. de Orat. Argivus orator. } Argiva calumnia, *ἀργεῖα φάντα*. De calumniosis, & delatoribus dici solitum. Nam Argivos olim notavit antiquitas, tanquam sycophantas, & litium avidos. Eustathius ex Paulania, & Diogenianus in collectaneis.

Argivi fures, *ἀργεῖοι φάντα*, de palam improbis. Nam Argivi facilitatis infamia laborabant antiquitus. Extat & hoc apud Suidam.

Argivos vides, *Ἄργιοι οἴκοι*, id est, stupentibus, & attonitis oculis.

Argolicus, a, um, *ἀργολίδης*, idem quod Argivus: ut Virg. 1. *Aeneid.*

— *Argolicis excidi Pergama telis.*
Cic. in Arat. Argolica navis.

Argolis, is, fœm. gen. *ἀργολίδης*, id est, Argiva. Ovid. 9. *Metam.*

— *at longis anxia curis*

Argolis Alcmene.

Argoūs, a, um, *ἀργούς*, idem quod Argolicus. Horat. in Epop.

Non hunc Argoo contingit remige pinus.

Argulus, filius fuit Amyclatis, quem primum apud Achæos quadrigant junxiisse dicunt, quum alij Argilo illud adscribant.

Argusa, civitas Thessalæ quæ pirtus Argissa dicebatur. Vide *Argissa*. Est & locus Eubœæ. Vide Steph. qui loci illius incolas etiam Argivos, & Leontinos vocari scribit.

Ἀρέβο, is, ui, utum, accuso, reprehendo. { *חָכְמָה hochiaeh*, *בְּחִיבָּה bithachibah*. *GALL.* Reprendre, convaincre. *ITAL.* Imputare, reprendre, accusare. *GERM.* Schelten, straffen, anklagen. *HISP.* Redarguir, y reprender. *ANGL.* To accuse, to rebuke. } Argue re pro objicere, & accusare. Suer. in Calig. c. 38. & ibi cap. 8.

Quid quod me duri fugientem mœnia belli

Arguit incerto secum accepisse labore.

Ovid. 13. *Mer.* Egomet te vidi facere: egomet ecce arguo. Plaut. Men. sc. 5. a. 5. Qui arguit? furti (sup.) Ego. Ibid. sc. 1. a. 4.

Apparet virtus, arguiturque magis.

Ovid. Eleg. 3. lib. 4. *Trist.*

Arguor obsceni doctor adulterii.

Idem El. 1. lib. 2. *Trist.* Qui arguet se, eum contrà vincat iure iurando suo. Plaut. Mil. sc. 2. a. 2. Cum criminatus sit cum, contrà arguat.

Idem *ibid.* Non ut arguerem, id dixi, sed ne argueret. Vellejus.

Quæ me arguit hanc surripuisse. Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Et genitivo sapius quam ablativo jungitur. Curtius, Orsinem modò avaritiae, interdum & defectionis arguebat. Plaut. in Amph. Et eccum video, qui me miseram arguit stupri dedecoris. Si verò id quo quis arguitur, non exprimitur, accusativum tantum habet. Laet. lib. 3. Tui ergo te liberi arguant. Interdum idem significat quod ostendere. Virg. 4. *Aeneid.* Degeneres animos timor arguit. } Arguere reum, est demonstrare, & argumentis probare ab eo commissum crimen. Ulpian. de verb. signif. Indicasse reum, est detulisse: arguisse, accusasse, & convictisse. } Argui de crimine. Cic. 1. de invent. Negare oportebit de vita ejus, & moribus quæri, sed de eo criminis, quo de arguatur. } Arguere pro Vetare, & prohibere, dictum videtur ab Ovid. lib. 1. de Ponto, Eleg. 7.

Me quoque conantem gladio finire dolorem

Arguit, injecta continuique manu.

Aliquando in discrimen vocare. Festus, Argutum iri, id est, in discrimen vocari. Hujus composita sunt, Coarguo, & Redarguo. } Scindum est, quod licet Arguo, Argutum supinum faciat, ex quo Argutus, participium tamen futuri temporis est Arguiturus. Salust. lib. 2. *hist.* Quos adversum multi ex Bithynia volentes occursero, falsum filium arguiti. Nam, ut docet Priscianus, quædam sunt verba in utrum supinum formantia, quorum participia futuri terminant in iturus, & verbalia in isto, tit argutum, Arguiturus: Tutum, tuiturus: Sputum, spuiturus: Plutum, pluiturus, plutio.

Argutus, a, um, participium passivum ab Arguo: Accusatus, reprehensus *ἰστιστός*. Plaut. in Pseud. Argutus malorum facinorum. } Quandoque est nomen, idem significans quod subtilis, & acutus. { *ἄργος κοσμήσις ὀξεία μέτρος*. *GALL.* Subtil, ingenieux. *ITAL.* Arguto, sottile. *GERM.* Bescheiden, Sparsam, oder Listig. *HISP.* Agudo, ò ingenioso. *ANGL.* Subtil, wittie, ingenious. } Plin. in Epist. Vitassim jamdum, ne videret argutior, nisi proposuisset omnes angulos tecum epistola circuire. } Interdum significat, canorus, resonans, *χρυσός*: ut, Arguta hirundo, & arguti homines, qui multum, & celeriter loquuntur. Virg.

— *Argutos interstrepere anser olores.*

Col. lib. 9. c. 5. Vitentur cavæ rupes, & argutæ valles, quas Graeci *πύργοι* vocant. } interdum, Exilis, brevis, acutus. Idem Virg. lib. 3. Georg.

Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga.

Arguta exta; que maximè declarant, & ostendunt quid futurum sit. Cic. 2. de Divin. Itanie probri, & stupri dedecoris à viro arguta meo: & Pseud. sc. 4. a. 2. Ecquid argutus est? &c. Arguti ocelli, Ovid. Eleg. 3. Amor. & Eleg. 23.

Argutæ, adverbium, Subtiliter, acutè. Cic. pro Cecin. Si mili acutè argutè responderis. Idem de Orat. De rebus difficillimis argutissimè disputare.

Argutissimè. Gell. lib. 11. c. 5. Super qua re Phavorinus subtilissimè, argutissimèque decem libros composuit.

Argutulus. { *σαρβόλος, ἡλιόμερος*. *GERM.* Nasweiss. *ANGL.* Some what subtil, shrill. } Diminutivum ad contemptum, & non blandiendi causa, ut Homunculus, & Homulus.

Argutiae, arum, dicuntur acutæ & malitiosæ dicta, vel facta. { מְהֻרָה קֶשֶׁן. ἡ φίλογη. GAL. Subtilitez & finesse, sophismes. ITAL. Argutie, sottigliezza. GERM. Kluge/ bescheidene/ spitzfindige wort/ oder wort. HISP. Gracias, subtilezas, ò malicias. ANGL. Subtil and farcie fainges or doing, peravilie charting. } Plaut. in Mostell. Exi à culina, sis foris mastigia, qui mihi inter pâtinæ exhibes argutias? sc. 1. a. 1. Cic. Sed nihil est quod illi non aliquantur suis argutis. Argutias omnes in gestu persequi. Quint. Verborum, & argutiarum fuligo. Gell. cap. 2. lib. 1. Argutiae questionum Idem cap. 13. lib. 6. Argutiae pueri, i. blanditiae. Senec. cap. 16. ad Helv. Pallad. lib. 14. Scio enim quod frequenter inclinet argutia famulorum.

Argutiola, x, diminutivum. Gell. lib. 2. cap. 7. & lib. 18. cap. 1. Argutiola quippe hæc frivola atque inanis est, οὐ πεπιλόγησας, οὐ φίσματος. Et cap. 14. lib. 9.

Argutor, aris, depon. ab Argutus sit, & significat procaciter loquor, teste Nonio. { הַכְוֹתֵב הַחִיאָה, וְכַתֵּב הַחִיאָה. ἡ φίλογη, ἡ σπιζόν. GALL. Iaser, parler subtilement. ITAL. Parlare argutamente. GERM. List und spitzfindigkeit der red brauchen/ schweigen. HISP. Hablar argudamente. ANGL. To chat pietlie. } Nævius, Quandoque ad ludos venit, alii quum tacerent, totum diem argutatur, quasi cicada. Pergin' argutarier? Plaut. Amphitr. sc. 1. a. 1. Lucil. apud Non. Agite, agite fures, mendacia argutamini. ¶ Est & argutari, subsilire. Titinius in Fullonia, ut citat idem Nonius, Terra haec est nova, quasi ubi tu solitus argutari, pedibus creta duni compescis, vestimentaque lavas, Arguto, as, εἰλίτη. Propertius,

Illa mibi tocis argutat noctibus ignes,
id est, argutæ objicit, aut (ut ait Budæus) imputat.

Argutatio, Streptus. { קְוֹל הַמְלָה, בְּמַלְאָה. ἡ φίλογη, ἡ σπιζόν. GALL. Iaserie, caquet. ITAL. Parlante importuno. GERM. Geschwätz. HISP. Obra de mucho y demasiado hablar. ANGL. A quereling, or charting. } Catul. Pulvinusque peræquæ, & hic & illic attritus, tremulique quassa lecti argutatio, inambulatioque. ¶ Cum verò dicit Catull. Tremulique quassa lecti argutatio, intelligitur crepitantis lecti quasi garrulitas, de qua Ovid. in 3. Amor.

Spondaque lasciva mobilitate premat.

Argutator, oris, verbale, { חַדְבָּה, מְהֻרָה. ἡ φίλογη, ἡ σφίγη. GALL. Iaser, sophiste. ITAL. Sophista. GERM. Ein geschwinder/ Sophist. HISP. Hablador, el que mucho, ò demasiadamente habla. ANGL. A quereler, a charter, that chatteth peartlie. } Gellius lib. 17. cap. 5. Processus autem argutatori isti fortasse reprehensio. Argutatorem pro sophista argutulo, vel argumentatore accipit.

ARGUMENTVM. { מְהֻרָה תְּחַאַתָּה, קָטָם Katsumah. ἡ φίλογη, μήση. GALL. Argument. ITAL. Argumento. GERM. Ein anzeigung/ ein beweisung eines zweyfelhaften dings. HISP. Argumento. ANGL. An argument. } Argumentum huius eloquar tragediæ. Plaut. Amphitr. prolog. Argumentis vincit, aliud nomen querendum est mihi. Idem Amphit. sc. 1. a. 1. Sine modò argumenta dicat. Idem ibidem sc. 3. a. 2. Auscultare argumenta dum dico ad hanc rem. Idem Most. sc. 2. a. 1. Quod ad argumentum attinet, breve est (de summa fabulae.) Idem prolog. sinaria, & in Milit. sc. 1. a. 1. Quo argumento istuc? &c. Idem Most. sc. 1. a. 1. & sc. 2. a. 2. Filius est tuus. Ut hic argumenta loquitur. Idem Capt. sc. 3. a. 5.

Sūmque argumenti conditor ipse mei.

(suppl. materiam dixi.) Ovid. Eleg. 1. lib. 5. Trist. Item, Argumentum & Titulus libri. Suet. August. c. 8. Item, Argumenta explicare. Idem in Calig. c. 57. Quintil. Est ratio probationem præstans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat. Sumitur interdum etiam pro materia, quæ aliquo in opere tractatur, quam Graeci τεχνη vocant. Cic. quoniam nullum scribendi argumentum mihi relictum. Sic dicimus Argumentum Comœdia, quod Graeci periocham vocant, id est, Summam totius comœdiæ paucis versibus expressam, ut suprà videre est. ¶ Interdum pro conjectura. Idem in Catil. Certissima argumenta atque indicia sceleris. Idem 2. Verrina, Quæ res pertenui nobis argumento indicioque patetfacta est. Et ad argumentum conditæ rursus urbis, i. ad indicium. Suet. in Calig. c. 16. ¶ Item pro sententia, ab Arguo, pro demonstro. Cic. lib. 2. Offic. Tabulae vero novæ quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum? Argumentum præterea pro ingenioso artificio ponitur. Idem 6. Verr. Ex ebore diligentissime perfecta erunt ædificia in valvis. Sic alibi legimus Argumenta rotarum, & Argumentosa opera, pro ingeniosis. Li. Centum pondo es. Le. Quo argumento istuc. Li. Hæc argumenta ædificiis dixi. Plaut. Most. sc. 2. a. 1. Item Argumentum pro eo quod pictum in tabula est. Suet. in Tib. c. 44. Argumentum, est ficta res, quæ tamen fieri potuit. Cic. de invent. 1. Argumentum est probabile inventum ad faciendam fidem. Idem de Part. Argumentum est ratio quæ rei dubiae facit fidem. Idem in Top. Ad probandum duplex est subiecta Oratori materies, una rerum earum quas non excogitat Orator, sed in re proposita ratione tractantur, ut tabulae, testimonia, pacta conventa, quæstiones, leges, senatus consulta, res iudicatae, decreta, responsa, & reliqua si quæ sunt quæ non ab Oratore prætercuntur, sed ad Oratorem à causa atque à reis deferuntur. Altera est quæ in tota disputatione & argumentatione Oratoris collocata est. Cic. in Orat. 1. Proprietate argumentum, quod nunquam aliter fit, certumque declarat, ut fumus ignem. Idem in Part. Argumentum esse erroris alicui: id est, causam seu occasionem. Ovid. 4. de Ponto, eleg. 15.

Erroris nam tu vix ast discernere nostri

Scis argumentum maius, an astxilium.

Numerorum argumenta. Cic. pro Rab. & Posth. Alexandriam nunc cognoscimus: illinc omnes præstigiae, illinc omnes fallacie, omnia denique ab his numerorum argumenta nata sunt.

Argumentalis, adjективum, ἡ φίλογης. Ascon. Pædian. in Divin. Narrationem in exordio multi admirantur hac reprehensione, sed non rectè: est enim argumentalis narratio ad priorem divisionem. Argumentor, aris, argumentis ostendo, vel probo, argumentis persequor. { הַכְוֹתֵב הַחִיאָה, וְכַתֵּב הַחִיאָה. ἡ φίλογη, ἡ σφίγη. GALL. Argumenter, alleguer des raisons pour prouver quelque

chose. ITAL. Argomentare. GERM. Etwas mit guten anzeugungen vnd gründen bewähren. HISP. Argumentar. ANGL. To prove be argument, to prove any thing by reasons. } Cic. 1. Verr. Nónne argumentam, quod ista pecunia pervenit? Idem de Fin. 1. Sed & argumentandum, & accuratè disserendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant. Sed quid ego hæc ita argumentor? Liv. lib. 8. d. 4.

Argumentandi duo sunt genera: quorum alterum ad finem directè spectat, alterum se infectit ad motum. Dirigitur, quum proposuit aliquid quod probaret, sumpsitque ea, quibus monstretur: atque his confirmatis, ad propositū sese retulit, atque conclusit. Illa autem altera argumentatio, quasi retrò & contrà prius sumit quæ vult, eaque confirmat. Deinde id quod proponendum fuit, permotis animis jacet ad extremū. Argumentatio, est rei propositæ per argumenta probatio. { תְּחַאַתָּה, מְהֻרָה katsumah. ἡ φίλογη. GALL. Probation ou preuve par raison ou conjecture. ITAL. Argumentazione. GERM. Bewährung/ berovnung. HISP. Argumento lusno. ANGL. Proving be argument or reasons. } Autor ad Heren. lib. 1. Argumentationes, quas Graeci ἡ φίλογη appellant. Cic. 2. de Orat. Altera est, quæ tota in disputatione & argumentatione oratoris collocata est. Idem lib. de invent. definit hoc modo, Argumentatio est inventum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessariò demonstrans. Vide plura in eodem libro.

Argumentos, a, ita, quod est factum magno argumento, hoc est, artificio. { εἰσχάρης. GALL. Artificiel, ingenueusement fait. ITAL. Argumentoso, ingenioso. GERM. Das vil bewöhrt hat Kunstreiche. HISP. Lleno de argumentos, sutil. ANGL. That is made craftlie, with ingeue and skill. } Quint. lib. 5. c. 9. Vulgoque paulo numero opus, dicitur argumentosum, id est, nimia argumentorum mole refertum. In picturis quoque Argumentos opera vocamus, id est ingeniosa.

Argus, ἄργος, nomen proprium regis Argivorum, filii Apis, a cuius nomine Argivi appellati sunt. Hoc regnante cœpit uti frugibus Graecia, & habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. Et post obitum, Deus haberet cœpit, templo & sacrificiis honoratus. Argus adjectivum, id est, Argivus, inquit Nonius. Plaut. prolog. Amph. Amphitruo natus Argus ex Argo patre. ¶ Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui aurato ariete in Colchidem transvectus est. ¶ Fuit & alius Argus, τυρών à Græcis cognominatus, quod totus oculis scateret, quem Poëtae fabulantur à Junone constitutum fuisse custodem Iùs Inachi filiæ, quam Iupiter in iuvencæ formam commutaverat. Quos si Argus seruet, qui oculus est totus. Plaut. Aul. sc. 5. a. 3. Hunc postea Mercurius Iovis iussu interfecit: unde & δέρωφόν cognominatus est. Iuno autem oculos eius, avis suæ, hoc est, pavonis cauda inservit. ¶ Hinc, Argum fallere, proverbialiter dicimus de vehementer astuto. Hanc fabulam latissime describit Ovid. lib. 1. Metam. Mythologici Argum interpretantur sphæram esse stelliferam, innumeris oculis, hoc est, cellis resurgentem: Mercurium autem Solem esse volunt, qui tunc Argum dicitur occidere, quum diurno suo lumine stellarum lucem obfuscat. Vide Macrob. 1. Saturn. c. 19. unde & αργεφόν, cognominatus est, quod Argum peremerit. Mystice autem Argus est cœlum stellatum, luce distinctum, quibus inesse quasdam species celestium videtur oculorum. ¶ Argus quoque vocatus fuit navis illius architectus, quæ ab illo Argo dicta est, qua Iason, unâ cum Minyis in Cholchidem vetus est.

Argyra, ἄργος, civitas Sicilia: unde se Diodorus Siculus oriandum facit: à qua Argyra, Taprobanæ insulæ metropolis, cuius incolæ dicuntur Argyritæ, δέρωφί. Steph.

Argyranche, es, ἄργος, à Græcis dicitur, quam Latinorum quidam verbum ex verbo exprimentes; Argentanginam appellavere, cuius vocabuli hæc traditur fuisse origo. Milesiorum legati Athenas missi, quum Demosthenem postulatis suis magnopere adversari viderent, pecunia cum corrumpunt, ne quid in posterum commodis ipsorum obfisteret. Postridie itaque quum res denuo apud populum ageretur, Demosthenes collum fascia obvolvit, anginâque sese laborare simulavit. Qua re audita, quidam ex populo, cui fucus subolebat, non synanclien illam, sed argyranchen eile exclamavit. ¶ Hinc proverbio locus factus est, ut argyranche laborare dicantur, qui pecuniâ muti redditi sunt, eaque supprimunt, quæ ex Republicæ usu esse noverunt.

Argyrapides, δέρωφίδης, dicuntur qui argentea scuta ferunt. Sic Chryspides ab aureis clypeis nominati. Lampr.

Argyrippa, ἄργος, Steph. Apulia civitas est, à Diomedede condita: quam primum à nomine relicte patriæ Argos Hippium appellavit. Postea corrupto vocabulo Argyrippa dicta est, & Arpi. Virg. lib. 11. alterum p, abiecit metri causa.

Ille (inquit) Vrbem Agyripam patria cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris.

Argyritæ, ἄργοι, populi Epirotici, Steph.

Argyritæ, arum, ἄργοι, Agones quidam dicebantur, ab Argento, pecuniariõve præmio. Budæus.

Argyritis, spuma argenti. { גְּדִיגְּה, ἡ φίλογη. GALL. Escume d'argent. ITAL. Schiuma d'argento. GERM. Sylberschaum. HISp. Espuma de plata. ANGL. The dresse of silver. } Plin. lib. 33. c. 6. Fit in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chrysitin vocant: secunda, quam argyritin: terria, quam molybditin.

Argyrocopus, ἄργος. GALL. Changeur, ou qui œuvre en argent. ITAL. Banchiere, ò colvi che intaglia l'argento. GERM. Ein wechsler, oder der das Sylber aussticht oder stempft. HISp. Cambiadore, ò esculpidor y entallador de plata. ANGL. That work eth in silver, à silver smith. } à Græcis appellatur numularius campor, vel ipse etiam argenti sculptor. μαραντούς τὸν ἀργόν, hoc est, ab argento.

Argyrologus, נְזָבֵר ghizâbr, ἄργος. GALL. Thresorier. ITAL. Camerlengo, Theforiere. GERM. Ein Seckelmeister/ dem der Gemein Seckel befolken ist. HISp. Tesorero ò contador mayor. ANGL. Threasurer in silvermaster. } à Græcis vocatur, quem Latini Questorim appellant, cuius officium est, ut argentum, hoc est pecuniam colligat,

colligat, & in ærarium, sive fiscum redigat.

Argyrodamas, ἀργυροδάμας. Lapillus argenti nitorem habens, ut adamas, de quo Plin. lib. 37. c. 10. additibit, sitne idem cum eo quem Adromanta vocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat.

Argyrognomones, ἀργυρογνόμονες. GALL. Banquiers. ITAL. Banchieri. GER. Wächsler. HISP. Los cambiadores. ANGL. Banquers, changers of money. } Vocantur à Græcis pecuniae permutatores, quos Campores vulgo vocamus, quasi pecuniae spectatores dicas. Budæus.

Argyrondas, ἀργυρόδας, Ætolia fluvius, ita dictus ab argenteo aquæ candore.

Argyrotheca, ἀργυρόθηκη, vasarium ubi reponebatur supplex argentea, qua magistratus in provinciam abiturus instruebatur ex publico: ἀργυρηθηκη. }

Argyrotoxos, ἀργυρότοξος, Apollinis epitheton, quasi argenteum arcum gerens.

Argyrus, ἀργυρός, civitas quædam apud Philistium. Steph.

Argyrus, ἀργυρός, mons. Vide Tarteſſus.

Aria, ἄρια, regio est inter Indos & Parthos sita, iuxta Gedroſos, & Drangianos: quam recentiores Geographi Turquestam vocant. } Est etiam Aria, insula in Ponto, versus Colchos, Marti sacra, alias Chalceritis dicta. Plin. lib. 6. c. 12.

Aria, ἄρια, arbor est apud Theophrastum, hyemis initio fructificans, materie tam dura, ut necesse sit, prius quam terebretur, aqua eam macerari.

Ariæ, mortuorum pulvinaria. Scribendum Arca. Infra, Pulvinaria, area mortuorum.

Ariabignes, ἄριαβίγνη, fuit Darii filius ex filia Gobryæ, qui unâ cum Præxaspe & Megabazo præpositus fuit classi Xerxis. Herod. lib. 7.

Ariadna, ἄριάδνη, filia Minois regis Cretæ ex Pasiphæ uxore, cuius industria Theseus ab Atheniensibus Cretam missus à Minotauro devorandus, labyrinthum, filo duce, quod Ariadne dederat, evasit, occiso prius Minotauro. Theseus autem eius amore captus, quum in patriam reverteretur, eam abduxit: sed prioris beneficii immemor, abductam in Insula Chio, seu Naxo, periturus deseruit, quam Bacchus postea in uxorem duxit, ejusque coronam novem stellis ornatam, quam à Venere accepérat, astris intulit, vocatürque corona Gnofia. Postrem à Diana sagittâ dicitur occisa, eo quod virginitatem non servasset. Catul. de com. Beren.

— Ne solum in limite cœli

Ex Ariadnae aurea temporibus

Fixa corona foret.

Ariamnes, fuit nobilissima Armeniæ civitas. Tortellius.

Arianthe, civitas OEnothtorum, ἄριανθη Steph. Vide in Arinthe.

Arianus, Poëta, cuius carminibus Tiberium principem delectatum fuisse, Tranquillus scribit. Eius autem opera Suidas, commemorat Metaphrasim Georgicorum Virgilii, Alexandriada, Poëma videlicet de rebus gestis Alexandri Magni.

Arianis, ἄριανθη, herba ignei coloris, cuius tactu Magi tradunt ligna oleo pereuncta accendi. Nascitur apud Arianos, quæ est Scythica gens Gedrosis finitima, à quibus & nomen accepit: de hac Plinius lib. 24. c. 18.

Ariarathes, ἄριαράθης, Cappadociæ rex fuit, à populo Romano in societatem acceptus. Fuit hic Antiochi gener, qui Ariaratheam civitatem condidit in finibus Cappadociæ, de qua Steph.

Aricandus, fluvius est Niliadis (quæ est minoris Afriæ tegiuncula, in confinio Pamphilæ, Cariæ, & Lycaoniæ sita) qui in Lymirum amnum influit. } A flavii huius nomine vicinum oppidum Aricanda appellatur. Utriusque meminit Plin. lib. 5. cap. 27.

Aricia, ἄριτια, urbs est in Italia, quam ædificavit Hippolytus Thesei filius, & à nomine conjugis Ariciam appellavit. Abeat ab Urbe ad decimum lapidem. Martial.

Mittit præcipuos nemoralis Aricia portos;

Lucanus,

Distant ab excelsa nemoralis Aricia Roma.

Aricinum nemus, erat iuxta Ariciam urbem, in quo Ægeria Nympha erat, cum qua loqui solitum ferunt Numam Romanorum regem. Aricinus lacus, erat iuxta Ariciam urbem, qui Speculum Dianæ vocabatur: in quo nunc quoque insula proceris arboribus nobiles conspicuntur.

Aricomisci, populi in trætu Narbonensis Galliæ trans Rhodanum, inter Volcas numerati, quorum metropolis est Nemausum. Plin. lib. 3. c. 4. & Pomponius lib. 2. Arecomicos vocant. Ptolomæus Arecomios. De his sic scribit Strabo lib. 4. Vlteriores fluvii (Rhodanum intelligit) partes Volcae, quos Aricomiscos appellant, maximum incolunt spatiū, quorum portus & navium receptaculum Narbo dicitur.

Ariosto, pro minas intendere alicui ob perfidiam, vel scelus aliud.

Arida, ἄριδη. GALL. Buglosse sauvage, ou herbe à boue. ITAL. Euglossa salvatica. HISP. Hierva de la bivora. } Herba est, quæ Echium, & Alcibiadion dicitur, de qua Diosc. lib. 4.

Ariel, ἄριελ. Ariel. ἄριν. } Quidam putant esse Acropolim ac idolum Martis, quod illuc situm est: interpretatur autem Leo Dei, Hierusalem figuraliter significans.

Artes, tis, Mas ovium, & dux gregis, qui integer est, & tenetur ad genitoriam sobolem. } ἄριστη. GALL. Mouton, belier, belin. ITAL. Montone. GER. Ein Wider. HISP. Carnero. ANGL. A ramme. } Vervex verò, cui inversi, vel adempti sunt testiculi. Ab ariæ dictus est aries, quod ariæ imponi ad sacrificia soleret. Virg. 3. Eleg.

— ipse aries etiam nunc vellera siccatur.

Arietem emittit, ἄρια ἀποστέλλει. In rixæ pugnæque cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum suscepturi, facialem mittebant, qui arietem adductum, in hostium fines immitteret: hoc significans pacto, civitatem & agros illorum hostibus compaſcuos fore. Author Diogenianus. Vide Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. } Aries cornibus lasciviens, ἄρις ἀποστέλλει. Diogenianus ostendit conuenire in magnos ac lascivos. Pruriunt cornua arietibus bene pastis. } Arietis ministerium, ἄρις ἀσφαγία. Suidas & Zenodotus sic referant, quasi dici so-

Calepini Pars I.

litum de officio in ingratos collato. Siquidem aries cornibus serit pascentem. Hesychius ita refert, quasi congruat in eos, qui spe cuiusvis præmioli inserviunt indignis. Quum pueros invitamus ad ministerium, pollicemur aliquid, putè talos, aut nuces. } A cuius similitudine bellica machina Aries appellatur. Veget. lib. 4. c. 14. Maceria ac tabularis testudo contextur, quæ ne flammis exuri possit, corio, sive cilicio vestitur. Intrinsecus recipit trabem, quæ si adunco præfigitur fetro, falx vocatur, ab eo quod incurvata est, ut ex muris lapides extraheat. Si vero caput ipsius ferro tegitur, aries appellatur, quod in arietini capitum fieri soleret: vel quod habet durissimam frontem, quæ subruat muros: vel quod more arietum retrocedit, ut vehementius feriat. Cæsar lib. 2. bell. Gal. Quod ab incendio lapis, & ab ariete maceria defendit. Cic. 1. Offic. Quamvis murum aries percussit. Liv. 1. ab Vrb. Quum effractis portis, stratifice arietem muris Plin. lib. 7. c. 56. Equum qui nunc Aries appellatur in muralibus machinis, Epeum ad Trojam ferunt invenisse. Eadem & Testudo dicitur à similitudine naturæ testudinis: quia sicut illa modò reducit caput, modò profert, ita eiusmodi machina interdum reducit caput, interdum effert, ut vehementius feriat. } Est & Aries ecclæste signum, primum in Zodiaco. } Aries etiam marinus piscis, sive marina bellua est, candore tantum cornibus assimilatis: de hoc Plin. lib. 9. c. 44. Grassatur (inquit) aries, ut latro: & nunc grandium navium in salo stantium occultatus umbra, si quem nandi voluptas invitet, expedit: nunc elato extra aquam capite, piscantium cymbas speculator, occultusque ad natans mergit.

Arietæfūs, a, um, quod ad arietem pertinet, seu quod arietis habet similitudinem, ἄριεδη. Vitruvius, Constituitur autem in ea arietaria machina.

Arietētīnūs, a, um, quod est ex ariete. } ὁ ἄριτης. GALL. De belier. ITAL. Di montone. GER. Das von dem wider ist. HISP. De carnero. ANGL. Of or like a ramme. } Plin. Arietinum iecur ad id utile est. Arietinum ofaculum, Gell. cap. 3. lib. 3. Pallad. lib. 4. cap. 10. Arietina cornua. Col. lib. 2. cap. 10. Cicer. Quod arietinum vocatur.

Ariētō, as, Percutio, dejicio. } ἄριτης nagħħaq, ḥarru macħraf, ḥarru hip-pil. ḡoġnejha. GALL. Heurter des cornes, jettar par teyre. ITAL. Percotere, cozzare. GER. Zu boden stoßen wie ein wider mit den hörnern. HISP. Dar en vayuen, o topetari. ANGL. To strike and cast to the ground, to strike with the horns. } Tractum ab arietum similitudine, quorum firmissimum caput & solidissima cornua faciunt, ut magno impetu quicquid objectis percutiant & dejiciant. Plaut. in Truc. Quis protervè nostras ædes arietat? Id est, vehementer pulsat, quasi in modum arietis bellici. Iocul. Plautinus. Curtius lib. 9. Maccio gladium cœperat stringere, quem occupatum complexu, pedibus repente subductis, Dioxyippus arietavit in terram, id est, præcipitavit. Arietat in portam, id est, ruit more arietis, bellici machinamenti. Servius apud Virg. lib. 12. Æneid. } Arietare, neutrum, pro Labescere. Senec. de provid. Quæ casus incitat, sœpe turbari, & citò arietare. Idem de vita beata, Nihil pravi, nihil subiti superest, nihil in quo arietet (i. incurset) aut labet. Et Senec. cap. 11. de cons. ad Marc. C. 1. de Tranquill.

Arii, ἄριοι, populi sunt iuxta Indianam, Gedrosiam & Drangianis sinitimi. Herod. lib. 4. Histor.

Ariator, Cocio, μελαχόλιος. Festus, Ariator qui etiam cocio appellatur, dictus videtur à voce Græca, quæ est, ἄρι, id est, tolle: quia sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere. Lucellum diminutivum est à lucro. Sunt qui dicant scribendum Arrilator. Non enim ab ara, sed ab arra dictus: est enim qui empturiens data arra postulat sibi credi. Gloss. arrilator, ἄριλος, εριλος, μελαχόλιος. Gloss. Isid. Arilator, cocio, ἄριλος, εριλος. Gell. lib. 16. c. 7. cocionem vocat inclatorem. Vide Cocio. Ex Laberio Mimo.

Arima, ἄριμη. Locus Siciliæ, vel Syriæ, vel in Pythecusis iuxta Tyrrenos: ubi Typhœum terra obrutum in fabulis est. Stephanus. Vide in Arime.

Arimanitus, ἄριμηνος, Platonis cognomen apud Persas. Arimanus Maximus Deus Persarum Plaut. in Themist.

Arimaspi, ἄριμηνοι, populi Scythæ Europææ, versus Aquilonis extum, ut lib. 7. Plin. refert, qui unicum in media fronte habent oculum, & cum gryphis auri custodibus continuè præliauntur.

Arimaspus, fluvius est Scythæ in Asia, aureis arenis abundans. Vide Luc. lib. 3.

— auróque libatas

Substringens Arimaspe comes.

Ariminum, ἄριμηνον. Vulgo Arimino, civitas Italæ, à flumine propinquæ eiusdem nominis sic dicta. Hæc quondam Vmbrorum colonia fuit, sicut & Ravenna: verum utraque accepit Romanos inquininos. Habet autem hæc civitas portum non ignobilem, non procul à Rubicone amne, qui olim Italiæ à Gallia discernebat. Edificata est autem anno Christiano ducentesimo septuagesimo, Ptolomæo Lagi filio Ægyptiis imperante, P. S. in proprio & Appio Claudio consulibus. Ad quam visendam, compositis Siciliæ rebus, Sempronius navigavit. Eam Octavius ampliavit, & à Liburnis dirutam Diocletianus reposuit, fusisque Liburnis arcum triumphalem in ea exstruxit. } Est etiam Ariminum urbs Gallæ Aquitanæ provinciæ, quæ teste Plinio, Arimoriaca dicta fuit, unde adhuc hodie eius pars Ariminæ vulgo appellatur. Eutropius lib. 2. de bello Tarentino: Conditæ sunt à Romanis civitates Ariminum in Gallia, & Beneventum in Samnio.

Arimphæi, ἄριμηνοι, sunt populi Afriæ Septentrionalis propè Riphæos montes. Habent pro domibus nemora, pro alimentis baccas, & tam foeminae, quæ mares comam tondent. De his Ammianus sic habet, Vbi montes Riphæi deficiunt, Arimphæi inhabitant, iusti homines, & morum placiditate cogniti.

Arimus, Rex Mysæ, seu Mæoniae. Author Varro, Xanthum citans antiquum rerum scriptorem.

Arinca, Gallicum est vocabulum, quo, teste Plinio, significatur frumenti genus, quod Græci Olyram, Latini Siliginem vocant, ἄριγη. Vide Ruellium, lib. 2. cap. 21.

Arin dela, ἀρίνδα, pars quædam, aut vicus Palæstine, Steph.

Arinthe, vide *Arianthe*.

Ariobarzanes, ἀριοβάρζανς, Cappadocum rex fuit, populi Romani amicus, qui Pompeii partes adversus Cæsarem fovi.

Ariodunum, urbs Bavariæ, vulgo Erding.

Ariolus, & Ariolos, vide *Hariolus*.

Ariolatio, pro divinatione, ac vaticinio, Gell. lib. 15. c. 18. At Cornelii Sacerdotis ariolatio levius tum quidem visa est, & vecors, sed magna motu admirationi fuit.

Ariomachus fuit, teste Herod. Darii filius.

Arión, ἀρίων, Cithareodus nobilis fuit, & Poëta lyricus, ex Methymna Lesbi civitate ortus, qui primus dithyrambos creditur invenire. Hic quum ex Italia, ubi ingentem pecuniæ vim arte sua metuerat, Corinthum trajiceret, videretur à nautis, qui opibus suis inhibabant, sibi insidias strui, non nihil spati ab illis sibi concedi postulavit, quo veleti cygnus moriturus, suas sibi exequias caneret. Quod quum impetrasset, stans celsa in puppi, carmen orthium diis marinis cecinit: quo peracto, se in mare præcipitem dedit, statimque à delphino exceptus, ad Tænarum Laconiæ promontorium est pervectus: unde scel ad Periandrum Corinthiorum tyrannum contulit, qui emissis navigiis cum militibus, nautas comprehendit: qui rem, ut gesta erat, confessi, gravissimo supplicio eius iussu sunt affecti. Reserit historiam hanc, sive potius fabulam, Herodot. lib. 1 & Plutarch. in *Symposio septem Sapientum*. Vide Gell. cap. 19. lib. 16. ¶ Fuit & Arion equi nomen. Propertius,

*Qualis & Adras fuerit vocalis Arion,
Tristis ad Archomeri funera victor equus.*

Ariopagus, vide *Areopagus*.

Arisaron, ἀρισάρων, herba est exigua, radicem habens olivæ magnitudine, maiore acermonia, quam Aron. A Plinio Aris appellatur.

Arisbe, ἀρισβη, in agro Trojano civitas fuit, ab Achille eversa. ¶ Item alia in Lesbo insula. Vide Strab. lib. 13.

Arisbus, fluvius Thraciæ, ἀριστός. Steph.

Aristi, extrema spica partes, quæ ut acus tenues è grani gluma eminent, & frumentum ab avium minorum morsu tuerantur. שבלן schibbblath. ἀριστα, αριστη, αριστη. **GALL.** La barbe de l'osse de bœuf, ou le papa. **ITAL.** Spiga. **GERM.** Das spitzlin an den äheren. **HISP.** Raspia. **ANGL.** The beard of corn, the ear of corn. ¶ Dicitur autem aristæ ab ariditate, quod sit omnino arida. Cicer. in Catone, Fundit frugem spicae ordine structam, & contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. Nihil est acutius aristæ, Seneca Epist. 83.

Vere prius flores, estu numerabis aristas,

Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist. ibidem Eleg. 6. lib. 4. ¶ Apud Poëtas quandoque accipitur pro ipso frumento. Virg. 1. Georg.

Chaoniam pingui glandem mutavit aristas.

¶ Nonnunquam etiam pro ipsa æstate. Idem 1. Eleg.

Post aliquor mea regna videns mirabor aristas:

hoc est, post aliquor æstates, sive aliquot annos. ¶ Persius pro pilis posuit, Satyr. 3.

Alges quum excusit membris timor albus aristas.

¶ Aristas odoratas, nardi spicas intelligit Stat. 5. Sylv.

odoratas nec Arabs decerpit aristas.

Nam (ut inquit Plin. lib. 12. cap. 11.) nardi cacumina in aristas se spargunt.

Aristatum, Thuringiæ urbs, vulgo Arnstadt.

Aristeūs, ἀριστεύς, filius fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei fluvii Arcadiæ, qui deinde in Arcadia regnavit, & primus apum, olei, & mellis natus, lactisque coagulum demonstravit, & alia quamplurima adiunxit: ut retinet Iustinus lib. 14. Primus quoque apum bubulis visceribus reparandarum rationem tradidit invenire. Nam quum Eurydicæ Orphei uxori, amore eius captus, vim infestre conaretur, illa per avia fugiens morsu serpentis est occisa: in cuius ultionem Nymphe omnes apes perdidérunt. Quapropter matris auxilium imploravit, quæ illum ad Protea consulendum perduxit: à quo infortunii causam edoctus, Eurydicem sacrificiis placare iussus est: quod quum faceret, taurisque quatuor & totidem iuvenas immolare, iungens apum multitudo è bobus erupit, atque hoc paclio apes suas recuperavit, ut satis copiosè tradit Virgilius ferè in fine lib. 4. Georg. ibi,

Pastor Aristatus fugiens Peneia Tempe.

Aristagoras, ἀρισταγόρας, fuit præfensus exercitus Darii contra Græcos, teste Herod. lib. 5.

Aristarchus, ἀρισταρχος, nomen Grammatici, qui tantum sibi in Homeri poëmatæ permisit, ut versus quos vellet, velut supposititious partus, ab Homerî familia submoveret. Unde etiam hodie Aristarchos vocamus alienorum scriptorum censores. Alius fuit Tegeates, poëta Tragicus, cuius meminit Horat. Fiet Aristarchus. ¶ Fuit item aliis Mathematicus.

Aristeas, ἀριστέας, patria Proconnesius, nobilis poëta fuit, qui Cræsi & Cyri temporibus clausit. Scriptis Theogoniam, & tres libros eorum carminum, quæ Arispæma dicuntur. Suidas.

¶ Aristæ, placenta genus. Stuch.

Aristeri, sinistri: ita dicti Sabbatiani, quod sinistram abhorrent, eaque nihil caperent. Lex. gr. b. ¶

Aristides, ἀριστίδης, cognomento δικαιος, id est, iustus. Athenis à Themistocle in administranda Republ. dissensit, quum esset diversis moribus: Catoni alter, Cæsari Themistocles comparandus. Autor Plutarchus. Hic tanta fuit rei familiaris tenuitatem, ut quoties Imperator designaretur, necesse esset aliquid ei pecuniæ in crepidas, & pallium decernere. In Senatum quandoque vocatus, ea excusatione usus est, quod pallium lavisset, nec aliud haberet, quo inducretur. Eo mortuo, in ædibus eius nihil præter veru ferreum inventum est. Civitas tamen beneficiorum eius non immemor, filias eius ex publico egregie dotavit. ¶ Fuit etiam hoc nomine Sophista quidam, ex Adrianis Myœ, sive Bithyniæ urbe ortus, qui quum Smyrnæ profiteretur, advenienti fortè M. Antonio principi unus omnium non processit obviam, eoque modo in cognitionem & amicitiam venit Imperatoris. ¶ Aristides item Thebanus pictor fuit, Apellis tempore. Is om-

nium prius animum pinxit, & sensus expressit omnes, quos Graeci vocant ἄρι, durior aliquantulum in coloribus. Huius pictura illa præcipue laudatur: infans adrepens ad mamam matris ex vulnera morientis, ac manu prohibentis. Sentire mater & timere videtur, ne è mortuo lacte sanguinem infans lambat: quam tabulam Alexander transstulit Pellam. Ex Plin. lib. 35. cap. 10.

Aristippus, ἀριστίππος, nomen Philolophi Cyrenaici. Hic dicere solebat, quod laetior vietus nulli erat impedimento ad bene vivendum. Socratis etiam auditor fuit, primusque Socratricorum mercede philosophatus est. Habuit ingenium ad omnia pro tempore, loco & persona simulanda omnino promptum, & ob hoc Dionysio præter omnes erat charus. Et ut presentibus voluptatibus libenter fruhabatur, ita & absentes facilè contemnebat. Hic quum è patria in Graeciam philosophandi causa proficisceretur, iussit servos aurum projectare, ut expeditiores ad iter capeſſendum essent. Voluptatem, bonum: dolorem, malorum finem constituit: cæteras scientias exclusit, illud solùm utile putans, ut quæras, si quid domi mali, aut boni tibi contigit. Summum bonum posuit in levi motu ad sensum emananti, id est, in voluptate corporis sensus titillante. Qui ab eo fluxerunt, & in dogmate permanserunt, ab hominis patria Cyrenaici sunt appellati. Tradunt Platонem dixisse, soli Aristippo & chlamydem & pannum ferre datum est. Horat.

Omnis Aristippum decuit status, & color, & res.

¶ Fuit & alter Aristippus, huius nepos ex filia, Metrodidas dictus, quasi à matre doctus. Hic in navigio à tempestate deprehensus timuit, & expalluit. Et interrogatus à quodam, quare philosophus timeret, quum ipse contrà nihil metueret, festiviter respondit, Non eamdem sibi & illi causam esse: quoniam is non esset magnopere sollicitus pro anima nequissimi nebulonis, sese autem pro Aristippi anima timere.

Aristo, ἀριστος, Philosophus cognomento Scepticus, quod Latinè quæstor & considerator dicitur. Semper enim in quærendo considerando que fuit. Hic natione Cous, & Zenonis fuit auditor. Apud hunc omnia indifferentia, ut etiam inter optimè valere, & gravissimè ægotare, nihil interesse diceret: quare etiam tanquam naturam ipsam excludens, ab omnibus fuit reiectus.

Aristobulus, ἀριστόβουλος. Iudeus ex Paneade, Agathobuli Hebrei discipulus, unus fuit ex illis LXXII. interpretibus, qui missi fuere ad Prolem, tunc Iudeæ Dominum, ut sacros libros in Graecum sermonem converterent. Qui multa ex præceptis Moscos proponenti regi, percontantique sapienter respondit. Hic commentarios etiam in legem Hebreorum edidit. Autor Eusebius. ¶ Aristobulus alter historicus, item Iudeus, qui res gestas Alexandri Magni conscripsit, comèque peregrinationis fuit. Volaterranus.

Aristocles, ἀριστοκλῆς, Philosophus fuit Messanensis, peripateticus: scripsit de philosophia libros decem: uter esset studio & doctrina prior, Homerûsne, an Plato? in quibus Philosophorum omnium catalogum contextit, opinionesque recenset. ¶ Fuit item Aristocles Lampacenus Philosophus. ¶ Item alius Megarenis sophista, sub Traiano & Adriano. Scriptis de Rhetorica epistolas, & declamationes ad Imperatorem. Suidas. ¶ Nomen item fuit avi paterni Platonis, qui & ipse Aristocles vocabatur: postea Plato ab humerorum latitudine dictus. Vide Laertium.

Aristoclidēs, ἀριστοκλῆδης, Orchomeni tyrannus, qui Stymphaliden virginem adamavit. Vide in dictione *Stymphalus*.

Aristocratēs, ἀριστοκράτης, civis quidam Rhodius fuit, qui quod plurimum dignitatis, strenuitatisque præ se ferret, civium omnium consensu belli dux delectus est: in quo spem suorum egregie fecellit, ut potè qui in rebus gerendis, tanquam adulterinus numinus in igne, degener planè apparuerit, & omnino alius, quam prima fronte pro miserat. Ex Suida.

Aristocratia, ἀριστοκρατία. Optimatum principatus, ubi optimates Remp. tractant: quasi in ἡράρχων κατάστασι, qualis etiam hodie est apud Venetos.

Aristodemus, ἀριστόδημος, Nobilis Grammaticus fuit Pompeii liberorum præceptor: manè Rheticam, de meridie Grammaticam docebat. Strabo.

Aristogenes, ἀριστόγενης, Medici Thesæ nomen, qui varios de re medica libros conscripsit ad Antigonum Macedoniam regem. ¶ Aristogenes alter Gnidius, item medicus, servus Chrysippi: famam adeptus est ex curatione Antigoni Gonatae. Author utrinque Suidas.

Aristogiton, ἀριστογίτης, nomen civis cujusdam Atheniensis, qui adjutus ab Harmodio Pisistratum tyrrannum interemit: unde utrique ab Atheniensibus in foro positæ sunt statuae. Vide Herod. ¶ Fuit etiam hoc nomine Orator Atheniensis, qui canis dictus est, quod optimo cuique allatratet. Scriptis enim invectivas adversus Timotheum, Timarchum, aliosque complures. Vide Suidam.

Aristolaus, ἀριστόλαος, pictor, Pausæ filius & discipulus, è severissimis pictoribus fuit. Eius opera nonnulla commemorat Plin. lib. 35. c. 11.

Aristolochia, ἀριστολοχία. **GALL.** Aristologie ou sarrasine. **ITAL.** & **HISP.** Aristologia. **GERM.** Ronde osterlucey oder holtzreutz. Herba est etiam hodie nomen servans: cuius duæ sunt species, alia longa, alia rotunda. Aurum sordes emundat, & cum melle mixta, si in aures instillata fuerit, auditus iuvat.

Aristolochia cretica, tertium eius genus, radice longissima, flore purpureo, colore buxeo, bacculas ferens ut capparis.

Aristomache, ἀριστομάχη, nomen sororis Dionysii tyranni, & uxoris Dionis. Vide Plutarchum in vita Dionis.

Aristomachus, ἀριστομάχος, Solensis quidam fuit, qui tanto apum amore flagravit, ut annis duodecim & xaginta nihil aliud egredit. Qui etiam librum de earum cura, & ratione mellificiæ edidit. ¶ Fuit & alter Aristomachus, qui de arte vini apparandi volumen conscriptit. Utinque meminit Plin. illius quidem lib. 11. cap. 9. huius vero lib. 14. cap. 19.

Aristomenes, ἀριστομήνης, nomen Messenii viri, qui iustissimus fuit, ut scribit Hieron. Hic Lacedæmonis quodam tempore nocturna sacra celebrantibus, quæ vocabantur Hiacyntia, rapuit de choris ludens

tium virgines duodecim, & tota nocte gradu conceitato fugiens; excessit de finibus Spartanorum: quimque eas comites eius vellent violare, monuit quantum potuit, ne hoc facerent: & ad extremum quosdam non parentes interfecit, ceteris in tu coercitis. Redempte postea à cognatis pueræ, quum Aristomenem viderent cædis reum fieri, tamdiu ad patriam non sunt reversæ, quandiu indicum advolutæ genibus, defensorem pudicitia sua cernerent absolutum. Hic dux tanta calliditate fuisse fertur, ut saepet etiam Lacedæmonios deciperet, quorum saepet urbem ingressus est: & aliquando captus, atque in vincula conieclus, calliditate sua aufugit: quod quum scimel atque iterum & tertio fecisset, tandem oculus est à Lacedæmoniis, & execto corpore inventum est cor eius pilosum fuisse. De Aristomenis virtute incredibilia narrat Plutarch. in Rom.

Ariston, is, *sculptor*, cuius meminit Plin. lib. 34. c. 8. ¶ Et Iurisconsultus quidam doctissimus, apud Gell. lib. 11. c. 18.

Aristonicus, *Eunuchus*; Eunuchus fuit, summus alioqui belli dux, cuius fidelis opera Ptolomæo plurimum in bello profuit. Fuit etiam hoc nomine Grammaticus, qui in Hesiodi Theogoniam commentarios conscripsit. Utriusque meminit Suidas.

Aristonides, *statuarii insignis nomen*, qui quem Athamantis furorem, Clearchum filium præcipitare volentis, & præcipitato illo, residentis peccatum vellet exprimere, ferrum, & es misuit, ut ferri rubigine per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundiæ rubor. Plinius lib. 34. cap. 14.

Aristonymus, *insignis comediarum scriptor* fuit, qui Ptolomæi Philadelphi temporibus floruit, cuius etiam bibliotheca fuit praefectus. Suid.

Aristopatra, *mater Crateri cuiusdam*, qui sub Alexandre militavit, ut author est Strabo.

Aristophanes, *Poëta comicus ex Lindo Rhodi oppido, lingua verò Atheniensis, patre Phillo, maledicus, & in carpensis hominum virtutis liberissimus ac mordacissimus: inventor tetrametri & octometri versus. Filios habuit Ararota, Philippum, Philetrum, Comicos omnes. Docuit fabulas LIV. Suidas. Hic Atticæ linguae nobilitate adeò præpollet, ut Dionysio roganti aliquem eius sermonis eruditum autorem, hunc miserint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat, & insectatur in Nubibus. Aristophanes alter, Byzantinus Grammaticus, Apellis filius, dux etiam exercitus, discipulus Callimachi, Zenoti & Dionysii. Autor Suidas. Aristophanis Grammatici Quint. lib. 1. Inst. orat. mentionem facit.*

Aristophon, *pictoris nomen apud Plin. lib. 35. c. 11.*

Aristophontes, is, *quasi optimatum occisor.*

Aristophorum, *vas quo prandium defertur, ut discus: Festus. enim prandium dicitur, φαγεῖν, porto.*

Aristor, is, pen. genitivi correpta, *Crotopi filius fuit, & pater Argentoculi, qui ab eo Aristorides vocatur. Ovid. lib. 1. Metam.*

Donec Aristoridas servandam tradidit Argo.

Aristotèles, *nomen Stagiritæ philosophi, Peripateticorum principis. Hic habuit patrem Nicomachum medicum, matrem vero Phæstiadæ. Fuit parvus, gibbosus, & deformis, balbutiens, sed dives, ut qui socius, præceptor, & secretarius Alexандri esset. Septendecim annos natus, Athenas profectus est, ubi viginti annis Platonis se auditorem præbuit. Deinde à Philippo in Macedoniam evocatus, decem annis Alexandrum instituit: cui quam fuerit charus, vel illud unum abunde magno est argumento, quod Stagiram patriam eius, quam diruet, in gratiam eius instauraverit. Alexandre deinde in Asiam profecto, Athenas rediit, & in Lyceo tredecim annis Philosophiam professus est. Postea accusatus, quod de Diis non recte sentiret, cedens invidiae, abiit in Chalcidem, ibique reliquum vitæ transfigit. Excessit ætatis anno LXIII. sub idem tempus, quo & Demosthenes exterritum vitæ diem clausit. De hoc Quint. Quid Aristotelem? quem dubito scientia rerum, an scriptoruni copia, an cloquendi suavitate, an inventionum acumine, an varietate operum clariorem putem. Hinc sicut adjectiva, Aristotelicus, & Aristoteleus.*

Aristoxenus, *Tarentinus, Mantinea tamen agens, philosophus & medicus nobilissimus: audivit patrem & Lamprum philosophum Erythræum, dein Zenophilum Pythagoreum, postremò Aristotelem, cui morienti convitum dixit, quod Theophrastum sibi in scholæ successione præponeret. Scripsit omnis generis libros, musicos præsertim. Suidas. Hic animam dixit harmoniam esse, ut tradit Cic. Tusc. Aristoxenus alter Cyrenæus, qui adeò delicatus fuisse dictur in hortorum cura, ut vespere lactucas mulso irrigaret, ut luxuriosus succrescerent, & saporis essent præstantioris. Autor Suidas.*

Aritmetica, *numerorum Scientia, quæ tractat de numeris & supputandi ratione. Hæc inter disciplinas Mathematicas prima esse dicitur, quoniam ipsa nulla alia indiget disciplina: Musica autem, & Geometria, & Astronomia istius auxilio egerent. Plin. lib. 35. cap. 10. Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipue Arithmetice & Geometricæ, sine quibus negabat artem perfici posse (Euxinidas.) Dicta Arithmetica, δέρος ἀριθμοῦ, hoc est, à numerando.*

Aarithmus, numerus & arithmorum liber, Numerorum in V. T. Terrell. ||

Aritudo, vide Areo.

Arius, *fluvius qui Ariam regionem irrigat, quæ est inter Parthos & Indos: à quo Arii populi. De hoc Plin. lib. 6. c. 23.*

ARMÆ, ab armis dicuntur, id est, humeris, & quibus dependent, ut inquit Festus: ut scutum, gladius, tæla, & ea quibus præliamur. קְלִי חֶלִם. GALL. Armes, armures, harnois. ITAL. Arme & armi. GERM. Waffen. Geveer und harnisch. HISP. Las armas para armas. ANGL. Armour, harness, weapons, all manner of instruments and tools. Servius docet Arma esse, quæ armos tegunt. Varro ab arcendo, Arma dicta existimat, quod his arceamus hosteis: ut fultes, lapides, & hujusmodi. Quidam à verbo Græco derivant, αρμός, id est, convenire. Inutilia sunt enim arma, nisi ita quadrent corpori, ut neque ampliora sint, neque angustiora: ut neque corpus ledatur angustia, neque amplitudine impediatur. Sed revera non solum hoc

nomine, bellica, sed etiam omnium ferè artium instrumenta intelliguntur. Vnde rusticorum arma vocamus rastra, ligones, & huiusmodi. Virg. 2. Georg. 1.

Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma.

Ibidem. lib. 4.

Pauper natus in armis.

Nulla tibi adversis regio sese offeret armis.

Ibidem.

Is sua iecit humi monitu Tritonis arma.

Ovid. 3. Metam. Idem lib. 13. Metam.

Corpus Achilis

Et simul arma tuli, qua nunc quoque ferre labore.

Hastis, pila, disco, cursu, armis, equo, (exerceo.) Plaut. Most. sc. 2. a. 1.

Summissis armis cessere victoriam. Vell.

Induet infelix arma coacta dolor.

Ovid. Eleg. 9. lib. 4. Trist.

Miles ubi emeritis non est satis utilis armis (i. stipendiis.)

Ponit ad antiquos, quæ tulit arma, lares.

Ovid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.

Lusus equo nunc est, levibus nunc luditur armis,

Idem Eleg. 12. lib. 3. Trist. Arma submittunt victi gladiatores. Senec. Epist. 37.

Adversusque minas frigoris arma parati.

Ovid. 4. Fast. Arma rhetoriarum disciplinarum. Gell. cap. 3. lib. 7.

Voverat hoc iuvenis tunc cum pia sustulit arma.

Ovid. 5. Fast.

Cum armis aureis Plaut. More. sc. 1. a. 1. Arma advocate, Quintil.

Conculit in Tyrios arma virumque toros,

Ovid. Eleg. 1. lib. 1. Trist.

Causa mea est melior, qui nec contraria dicor

Arma, nec hostiles esse secutus opes. ibid.

Nec nisi lusurâ movimus arma manu,

Idem Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Atque Ajax armis, non Aiaci arma petuntur.

Idem 13. Metam. Preposita arma peto. ibid.

Arma peto, vivo dedecram, post fata reposco.

Ibidem.

Fortisque viri tulit arma disertus.

Ibidem.

Conclamatur ad arma. Cæsar. lib. 1. bell. civil. Arma coquinaria sunt, lebes, patella, tripos, olla. Plautus, Quam eleganter instructam coquinariis armis. Arma scholastica, stylus, pugillares, libri. Plinius, Cuius arma erant, non venabulum, & lancea, sed stylus, & pugillares. Nautarum quoque & pistorum instrumenta, arma dicuntur. Virg. lib. 5. Aeneid.

Colligere arma iubet, validisque incumbere remis.

Et lib. 1.

Cerealiisque arma

Expediunt.

Quandoque arma capiuntur pro bello, sicut &oga pro pace: ut, Cendant arma togæ. Fraudes quoque & consilia, Arma dicuntur. Virg. 2. Aeneid.

¶ quarere conscientis arma.

Omnibus armis præsidisque destitutus, proverbialiter dicitur, qui profrus omni caret auxilio: quod & indicabimus hoc versu, qui est Iliad. φ.

Γυρὶς ἄπειρος εἰ τε τοις ἀνίδητοι, οὐδὲ τις οὐδὲ.

Id est, Et clypeo simul & galea nudatus & hasta. Bis interimitur qui suis armis perit. Mimus est proverbialis, incertum cuius. Seneca titulo celebratur, sed falsò, hoc est, magis dolemus incommoda quibus ipsi dedimus occasionem.

Armadon, vehiculum. Cyrill.

Armamaxa, & Persici vehiculi genus. Curt. lib. 3. Quindecim inde, quas armamaxas vocant, sequebantur: in his erant liberi Regis, & qui eos educabant. Herodot.

Armamaza, vehiculi genus. Tertul.

Armasia, conjungium. Gl. gr. b. ||

Armaturæ, armandi genus & forma. קָרְבָּנֵשְׁבָּק. ὡνηρούδε, ἵπτα, πυρωψία, μέση. GALL. Armure. ITAL. Armatura. GERM. Rüstung/ waffen. HISP. Armadura. ANGL. Armour, or arming weaponing. }

Cic. Attic. lib. 6. Habet autem cohortes quadringentas nostra armatura, id est similibus, quibus nos, armati armis. Veget. lib. 3. c. 14. Tertiis ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittariis iuvenibus. Levis armatura. Cic. γουντία. Thuc.

Armentum, id genus pecoris, quod est idoneum ad genus armorum. Ita Fest. ||

Armifer, a, um, adjectivum, Arma ferens, ἀρμίφεται. Silvius. lib. 6.

Quis edat togæ, & armiferi gens sacra Quirini.

Armiferæ dea, periphrasis Minervæ. Ovid. ad Liviam. ¶ Armiferum aurum. Senec. in Medea. Ovid. 14. Met.

Me tamen armiferæ servatum cura Minervæ.

Armiger, Substantivum: qui lanceam, scutum, galeamque ferens, armatum equitem in prælio sequitur. קָרְבָּנֵשְׁבָּק. ὡνηρούδε, οὐδὲ στρατιώτης. GALL. Celuy qui porre les armes après son maître. ITAL. Servitore di lancia, scudiero. GERM. Ein rassegenräger/ ein troßbab. HISP. Servidor que irae armas, ο εσκύδο. ANGL. bearbæth armour, or weapons, an esquier for the bodie of his maister. }

Et planè apud antiquos Armigeri fuerunt summi viri, ut Patroclus fuit armiger Achillis, & Achates Aeneæ. Plin. lib. 35. Pinxit Apelles Clytum equo ad bellum festinantis, & ei galeam poscenti armigerum porrigentem. Armigeri principis. Suet. in Aug. c. 48. Armigeræ Minervæ. Ovid. El. ult. lib. 4. ¶ Item Armiger Adjectivum, pro armifero: ut, Armigera cohors, qua fert arma. Silius lib. 10. Armiger Deus, id est, Mars, apud eundem lib. 7. Armiger equus, id est induitus armis. Propert. lib. 5. Eleg. 4. Iras armigeras dixit Statius, quod facile nobis arma suppeditent. Nam (ut inquit Virg. lib. 1.) Aeneid. K 5 furor

furore arma ministrat.

Armigera, & quæ arma gerit dominæ. Ovid. 13. Metam.

|| Armilaus, scapulare monachorum. || Gloss. Isid.

Armi pótens, armis valens. { επαντός αιχμάτων. GALL. Puissant en armes. ITAL. Potente nell' arme. GERM. Mächtig vom waffen. HISP. Poderoso en armas. ANGL. Valiant or mightie in armour, or weapons. } Unde Pallas, sive Bellona, armipotens dicitur. Cicero, antequam iret in exilium: Nam ego te Iupiter optime maxime, cuius nutu ac ditione sola terratum gubernantur, tēque particeps connubii, socia regni, regia Iuno, tēque Tritonia armipotens, Gorgonia Pallas, Minervæ. Virg. 2. Aeneid.

Penelei dextra diva armipotentis ad aram

Procumbit.

Armisōnūs, notæ significationis, ut Pallas armisona. Virg. 3. Aeneid.

— tum numina sancta precamur

Palladis armisona.

|| Armistatio, armorum statio, obsidio. Lex. gr. b. ||

ARMO, as, Armis induo, seu munio. { ρύση naschák. ὡθήσεως. GALL. Armer, equiper. ITAL. Armare. GERM. Bewaffnen, wapnen, waffen anhun. HISP. Armar. ANGL. To harness, to put upon on armour. } Virg. 8. Aeneid.

Tunc quoque fas nobis Teucros armare fuisse.

Planc. ad Cic. Qui quidem quum in fraudem se deductum videret, manus quas iustiūs in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. Liv. lib. 2. bell. Pun. Itaque & muri reficiebantur, & propugnaculis armabantur. Armae naves, Cæsar saepius lib. 1. de bell. ciu.

— Doceo quo simus alendi,

Armandique modo;

Ovid. 13. Met. Armare ferrum veneno, pro eo quod est veneno ferrum tingere, ut præsentius vulneret. Virg. 6. Aeneid. Composita sunt, Dearmo, Exarmo, Obarmo, Perarmo, quorum significata vide suis locis.

Armati, dicuntur non solum, qui scutis telisque parati sunt, sed etiam qui glebis, aut saxis, aut fustibus instructi. { ρύση noschék. ἵστασι. GALL. Armez. ITAL. Armati. GERM. Bewaffnete, die waffen antragen. HISP. Armados. ANGL. Furnished with armour or weapons, weaponed, armed. } Cic. pro Cecin. Armatos, si Latinè loqui volamus, quos appellare verè possumus? opinor eos qui scutis telisque parati ornati sunt. Idem pro domo sua, Incredibili armatus audacia. Idem 1. Philipp. Quid legati egerint nondum scimus: at verò erecti, citati, armati animis esse debemus. ¶ Armatos Virgilius substantiæ dixisse videtur pro Militibus,

Ardens armatos mediis in mænibus adstantes

Fundit equus.

Armatissimus, Superlativus. Senecc. lib. 5. de benef. c. 7. Tamen tam par tibi sum, quam multis armatissimis nudi, aut leviter armati.

Armatör, i. a. & Armatrix, verbalia sunt ab Armo, as.

Armatūs, huius armatus, idem quod armatura. { ὕπολιτος. ANGL. Armour, harness. } Liv. 7. bell. Maced. Inde Neocrates mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti: hoc est, paribus & similibus armis induti.

Arma mēntā, omnis generis instrumenta, ut navis, plaustrī, bellī, { נִזְבָּחַת, מִזְבָּחַת arzenim. ῥάβδια, σκέδες. GALL. Utensiles & instrumenos seruans à quelque chose que ce soit. ITAL. Munitione d'armi, & cose simili. GERM. Ausrüstei rüstzeug, oder weretzug. HISP. Ayuntamiento de armas. ANGL. All kind of instruments. } Col. lib. 4. Nonnulli strenue fabricant navigia, nec consummata perinde instruunt armamentis, ministrisque. Dicuntur etiam de aliis rebus. Nam Plin. etiam vinitorum instrumenta, armamenta vocat. Armamentis fusis. Suet. Aug. c. 17. Aptare armamenta & vela. Quintil.

Arma mēntā, Navalia, loci ubi armamenta, armaque servantur. ὡθησίαι, οὐδεὶς οὐδεῖς. GALL. Lieux où on serre toutes sortes d'armes & utensiles, Arsenal. ITAL. Luogo da riporre le armi, luogo da munitione, arzenale. GERM. Ein zeughaus, ein ort da man allerley rustung zu dem krieg behalt, harnischkammer. HISP. Almazen para guardar armas, casa de armas. ANGL. Armouries or florehouses for ordinance, or ships. ¶ Armentarium insigne Athenis Philon fabricavit, mille (teste Plin.) capax navium, in iis artifices inclusos solitos fabricari ostendit. Liv. lib. 9. bel. Pun. Idem de bel. Maced. Conflagrarent horrea regia, & armamentarium cum ingenti apparatu machinarum & tormentorum. Cic. pro Rab. Ex edificiis armamentariisque publicis arma populo Rom. distributa sunt. Visitur etiam hodie amplissimum armamentarium Venetiis, quod illi sua lingua Arzenale vocant.

Armarium, ii, ab armis. Locus ubi cibaria, libri, vestes, & similia reconiduntur. { יְצָרָה otsar. ἄρματα. GALL. Armoire. ITAL. Armario. GERM. Ein ort da man allerley ding hin behalt, ein kastenlin. HISP. Armario para guardar cosas. ANGL. A store house, or wher any thing is lugea up to bekerped. } Plaut. in Capt. sc. 3. a. 4. Cellas refert omneis intus, reclusisque armarium. Uxori ex armario surripuisse spinter. Plaut. sc. 1. a. 3. Et ab iis in armario muricibus præfixo destitutos necari. Gell. cap. 4. lib. 6. ¶ Armarium, item machina ferro munita. Gell. lib. 6. c. 4. Idque ubi Romæ cognitum est, nobilissimos Poenorū captivos liberis Reguli à Senatu deditos, & ab iis in armario muricibus præfixo destitutos, cadémque insomnia cruciatos interiisse. ¶ Huius diminutivum est Armariolum, ἄρματος, parvum armarium. Plaut. in Truculent. Aut lectus dapsilis, aut armariola Græca.

Armenia, Regio Asia inter Taurum & Caucasum montes sita, & à Cappadocia ad Caspium usque mare protensa: ab Armeno quodam Rhodio (ut ex Antipatri sententia tradit Stephanus) ita appellata. { עֲרָמִיא ararath. ἀράραθ. GERM. Armenier land. } Et, ut Plin. lib. 6. author est, duplex est: maior scilicet, & minor. Major post Medianum ad Occidentem occurrit. Ea (ut ait Ptolomæus) à Septentrione Colchidem habet, Iberiam, & Albaniam: ab Occasu magnum Euphratis cursum, qui Cappadociam, Armenia, & Syriam Comagenem relinquit à dextris: ab Oriente partem Hyrcani maris ac Medium, qua montes Caspii affurgunt: à Meridie Mesopotamiam atque Assyriam.

Montes in Armenia sunt Moschici, qui supra partem Ponti ad Cappadociam se efferrunt: Pariedrus, in quo fontes habent Euphrates, & Araxes fluvii: Antitaurus, qui ab Euphrate scissus & Medianum percurrent, postrem Abus appellatur: Gordius, ex quo Tigris oriatur: Taurus, ac Niphates, qui Mesopotamiam atque Assyriam ab Armeniis determinant: Caspii, qui vergunt ad Medos; & Caucasi, qui Septentrionalia, Iberiam versus, Albaniamque concludunt. Flumina sex, Cyrus qui monte ortus Caucaso, à sinistris Iberiam, Albaniam dimittens, Armeniam à dextris, in Hyrcanum defertur pelagus: Araxes, Phasis, Lycus, Tigris, Euphratique. In Armenia pretiosum intet reliqua aromata nascitur amomum. ¶ Armenia Hebrei Ararat vocant. In ea civitas insignis Artaxata.

Armeniæ, a, um, adjecitum, quod est ex Armenia. Hor. 1. Epod.

Cantaber Agrippa, Claudi virtute Neronis

Armenius cecidit:

Virg. 5. Eclog.

— Armenias currū sub jungere tigres.

Armeniæ, a, um: ut, Mala Armeniaca, { μηλα δερπιανα. GALL. Abricots. } Poma sunt medium quandam locum obtinentia inter persica & pruna. Sunt enim minora persicis, sed citius murefescunt. Offibus ad prunum, carne ad persicum quam proximè accedunt. Dioscorides alio nomine Præcoccia vocari testatur. Galen. verò lib. de alim. facul. & lib. 7. simpl. medic. Armeniaca discernit à Præcoccibus: hæcque illis multò præstantiora esse testatur. Illud tamen fateretur, vetus Armeniacorum nomen sua etate in usu esse desisse, & utramque speciem, nullo discrimine, Præcoccium nomine appellati cœpisse.

ARMENIUM, inquit Festus, id genus pecoris dicitur, quod est idoneum ad opus armorum, ut sunt equi & boves. { נֶבֶל bukár. ἵρια. GALL. Haras, troupeaux de gros bestail. ITAL. Armento. GERM. Ein herd großer vich/ als ochsen und roß. HISP. Ganado mayor, como buey, ἵρια. ANGL. A heard of bigge cattel, as of horses, oxen, &c. } Nam equis in bellum curritur, clypei verò boum coriis armantur. Varro autem boves, Armenta voluit, quasi Aramenta, tertia litera sublata, quod corum præcipue opera in arandi agris utatur. Unde Col. lib. 7. Iumenta & armenta nomen à re traxere, quod nostrum labore, vel onera subiectando, vel arando iuvarent. Propriè itaque armenta boves dieuntur & equi, quamvis etiam alia majora animalia eo nomine dici possint: quamvis sint ad arandum, aut ad gestanda arma inutilia. Nam certi, qui ad hoc non sunt idonei, inter armenta computantur à Virg. lib. 1. quæcum ait;

— Hos tota armenta sequuntur.

De hoc vide plura in dictione Grex. ¶ Dixerunt etiam antiqui, armenta, &, in foeminino, ut annotavit Nonius ex Ennio & Pacuvio. Ennius,

— ad armentas ipsius easdem.

Pacuvius,

Tu curvi frontes pascere armentas soles.

Ita enim scite correxit hunc Nonii locum Scaliger.

Armentalis, e, quod est ex armento, ἄρματος. Virg. 11. Aeneid.

Hic naram in dumis, intérque horrentia lustra,

Armentalis equa mammis, & latte ferino

Nutribat teneris immulgens ubera labris.

Armentarius, ij, Armenti custos. { נֶבֶל bokér. ἄρματος. GALL. Gardeur de gros bestail, comme vacher, bouvier. ITAL. Custode de l'armento. GERM. Ein vichhirt/ als ochsenhirt/ roshirt. HISP. Gardadero de ganado mayor. ANGL. A beardedman. } Virg. lib. 3. Georg.

— Omnia secum

Armentarius Apher agit, teatūmq; larēmq;

Lucret. lib. 6.

Præterea iam pastor, & armentarius omnis.

Varro lib. 2. cap. 5. Quæ exscripta armentarium meum crebro ut aliquid legat, curo.

Armentosus, Armentis abundans. { נֶבֶל nokéd. ἄρματος. GALL. Plein ou abondant en gros bestail. ITAL. Ricco, ὁ abondante di bestiami. GERM. Vichreych. HISP. Lleno de ganado mayor. ANGL. Riche or abounding ob bigge cattel. } Gell. lib. 11. c. 1. Quod Italia tunc esset armentosissima.

Armentinus, a, um, quod est ex armento. ἄρματος. GALL. Du troupeau de gros bestail. ITAL. Cosa di armento. GERM. Das von dem grossen vich ist. HISP. Cosa de aquel ganado. ANGL. Of a heard of bigge cattel. } Plin. lib. 28. c. 17. Fimi cervini, maximè subulonis, sed & bulbili: de armentinis loquor, &c.

Armentitius, a, um, Armentinus. Varro lib. 5. de re rust. cap. 1. In alimento armentitium pecus sic continendum.

Arnilaus, scapulare Monachorum. An scribendum analavus, sive analabitus, an armilaus, quod magis probat Meursius. Ut cunque sit, accipit ependytem, quod Athanasius in vita S. Antonii intelligit. Isidorus Orig. lib. 19. c. 22. Armelausa vulgo dicta, quod ante & retro divisa atque aperta est: in armos tantum clausa, quasi armilla, littera ablata.

ARMILÆ, aram. { נֶבֶל tsamidh, תְּרָכָנָא et skadah. GALL. Brasselets. ITAL. Abbigliamenti militari, como braccialetti d'oro & simili. GERM. Armzied. HISP. Manillas ḡ manijas del escudo ḡ braço. ANGL. Bracelettes. } Sunt ornamenta in circulorum modum, quæ viri militares ab Imperatoribus donata, in sinistris brachiis gerere consueverunt. Hæc Priscianus brachialia vocat: quemadmodum Græci βραγῆς τινες. Dicuntur autem, inquit Festus, Armillæ ab armis, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant: unde armis dependentia, armillæ sunt vocata. Liv. lib. 1. Additur fabula, quod Sabini aureas armillas magni ponderis brachio laeo, gemmatisq; magna specie annulos haberunt. Armillæ brachio gestabantur. Suetonius in Ner. cap. 6. Armillis donari. Gell. c. 11. lib. 2. Ubi sunt armillæ, quas una dedi cum spinterere. Plaut. Men. sc. 3. a. 3. Quod Galli vulgo blasen, Budæus Armillam vocat: unde Armillati cutiores, quos Postas dicimus, videlicet quia id insigne gerunt, quod potest armilla, aut spinter dici.

Armillatus, dicitur qui armillas habet. { ψευδοφόρος. ANGL. Vuhich reareb

reareth bracelettes. } Propert. Atque armillatos colla Molossa canes. Armillatus. Suet.in Calig.e.52. & in Ner.e.30. ¶ Fuit & Armillatus nomen viri, qui sub Nerone & Domitiano vixit.

Armille, neutri generis, instrumentum, & apparatus versutiarum ab armis, pro dolis & fraudibus. Apuleius lib.6. Ad armille redit.

Armillum, vas vinarium in sacris, ita dictum, quod ab armo, id est humero deportaretur: Varro de vita pop. Rom.lib.1. Etiam nunc pocula, quæ vocant Capulas, & Capides, quod est poculi genus: item armillum, quod est vrecoli genus vinarii. Festus Armillum expavit iisdem verbis. Lucil. Anus rufsum ad armillum. Non.

¶ Armilastrum, festum erat apud Romanos, quo res divinas armati faciebant, & dum sacrificarent, tubis canebant. Fest. Gloss.v. Armilastrum ἀρμαστόν.

Armitia. *Arma*. Gloss.v. an armus pecudis oblatus?

Armon, Plin.lib.19.cap.5. Raphani sylvestris genus Pontica lingua dici ostendit, quod Latini Armoracion vocant.

Armoricæ civitates, à Cæsare appellantur civitates Gallicæ ad Oceanum occidentalem sitæ, quas incolebant Rhedones, Curiosolites, Osismi, Cadetes, & Unelli. ¶ Ea esse creditur, quæ hodie, le Duché de Bretaigne.

Armoracea, æ, ἀρμοράξιον, teste Pallad. agrestis raphanus est. { ANGL. A wilde radish. } Plin. Armoracium vocat, sic scribens lib.19.cap.5. Etiamnum unum sylvestre, Græci ἄρμος vocant, Pontici Armon, alii Leucen, nostri Armoracion, fronde copiosius, quam corpore. ¶ Est hoc nomine fluvius, qui de montibus Arabie descendens in stagnum Asphaltitem erumpit, dividens Moabitidem & Ammonitidem, Joseph.lib.4.

Armostationa, pro πλευρίᾳ, id est obsidione civitatis, dixit Mauricius lib.1. strateg. cap.6. & 10.

¶ Arnum, raphani silvestris genus: armoracia, vel armoracium, idem. Plin.lib.19.cap.5.

Armus, humerus. { ρώπος σέκοι. ὥντος. GALL. L'espaule, ou l'extremité d'icelle. ITAL. Homere, spalla. GERM. Ein schulteren/ ein spalen. HISP. Espalda. ANGL. The shoulder of a beaste of a bird, the shoulder of a man. } Virg. lib.3. Georg.

Densainba & dextro inctata recumbit in armo.

Differt tamen Armus ab humero. Nam humeri propriè eorum sunt, qui recti in cœlum spectant: unde homini soli humeros esse dicimus. Virg. 4. Æneid.

Os humerōsque Deo similis.

Arni verò sunt brutorum (quamvis & de hominibus quandoque dicuntur.) Horat. Satyr.4.

Fæcundi leporis sapiens se habitur armos.

Armus, humerus cum brachio: vide Armilla.

¶ Arna, αἴρησις, ovis mater. Gloss. Arna μύτη, secundum Varronem. Sed suppletur, εἰς ἄρνος, est agnus, qui annum excessit.

¶ Arna, αἴρησις, civitas Lyciæ, Xanthus postea dicta. Steph.

¶ Arnacides, id est, agninae pelles: præmia ludorum quorundam Græciae. VI. de Scal.lib.1. Poëtic. cap.27. Αγράνις, est agnina pellis, unà cum lanâ, ad αἴρησις agnus.

Arnyton, salsum. Gl.gr.b.

Arneus, νάρης.

Arnates, apud Plin. lib.3. cap.14. Populi sunt in sexta regione Italie, ab Arna Umbrorum civitatē dicti.

Arne, αἴρησις, civitas est iuxta sinum Maliacum, primū à Bœotis inhabitata, deinde à Thessaliam occupata, ut est author Thucyd. lib.1. bell. Pelopon. ¶ Sunt & aliae eiusdem nominis civitates, quæ recensentur à Stephano.

Amoba, ut habet Plin. Abnoba, ut Ptolom. Arnopa, ut Cornel. Tacit. mons est ex adverso Raurici Galliæ oppidi, ex quo Danubium oriri ferunt. Vide Plin.lib.4. cap.11.

Arnoglossum. ἄργος λαβάνος. GALL. Ptuntein. ITAL. Plantagine. GERM. Schaffszung/rodgerich. HISP. Llanén. ANGL. An plantayne, or way-bred. { Latinæ. Lingua agni, vulgo Plantago dicitur: ἄργος enim Græci agnum dicunt: λαβάνος, linguam. Hæc alio nomine dicitur Heptaleuron, id est, habens septem costas: nam in folio eius sunt septem costæ. Sunt enim septem nervi instar collarum animalium. Vide Ruell. lib.1. cap.20. & lib.2. cap.58.

Arnus, ἄρνης, vulgo Arno. Fluvius est Hetruriæ, Florentiam alluens, etiam hodie nomen servans.

¶ Arro, as: Aratro proscindendo. { ψῆφον ḡαράσχ. ἄρον. GALL. Arer, labourer la terre. ITAL. Arare. GERM. Das feld bauen/ zu acker gehn. HISP. Arar y labrar la tierra. ANGL. To till, to plough, to husband the ground. } Plinius, In arando magnopere servandum est Catonis oraculum. Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Alienum arare rendum, αἱ οἰλαὶ ἀγραὶ ἄρνης, proverbial metaphoræ dictum est pro Alienum agere negotium, aut cum alienis uxoribus habere rem. Plaut. Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit, i. alienas mulieres subagit, uxorem suam deserit. Arare æquor, Navigare significat apud Poëtas.

Non ego divitias avidius sine fine parandi,

Latum mutandis mercibus aquor aro.

Ovid. Eleg.2. lib.1. Trist. virg.4. Æneid. Arare littora, pro inanem operam sumere. Ovid.5. Epist.23.

Non profecturus littora bobus aras.

¶ Composita huius verbi sunt, Dcearo, Exaro, Peraro, Inaro, & Subaro. Aratio, nis, ipse arandi actus. { ψῆφον ḡαράσχ. ἄρον. GALL. Labourage, labour. ITAL. Aratione. GERM. Das eren/ zu acker farung. HISP. Aquella obra de labrar la tierra. ANGL. Tilling, ploughing. } Plin. lib.18.c.20. Aratione per transversum iterata, occasio sequitur. ¶ Circa arationem, citraque sementem, quæ citra operam nostram casu nobis eveniunt, ἀναγνωρίζονται, contingere dicunt Græci. ¶ Non nunquam sumitur pro ipso arvo, seu agro culto. Nam (ut recte inquit Valla) nomina quæ positionem habent in eo, latius significare solent: nec actionem modò, sed rem etiam & corpus significant. Cic. Ver. Quum dederint Apronio quod poposcerit, relinquunt ar-

tiones, relinquunt larem familiarem suum? Plin. lib.17.c.8. Nascitur in arationibus.

¶ Aratiuncula, æ, diminutivum: { ἄραβησον. GALL. Petite terre labourable, petit labourage. ITAL. Picciola terra de arare. GERM. Ein acker berote. HISP. Pequeña tierra para arar. ANGL. A small laboring or illing. } Plautus in Trucul. Malè vorrit res pecuaria mihi apud vos: nunc vicissim volo habere aratiunculam pro copia apud vos. A. Non artus hic, qui atari soleat, sed pascuus est ager.

¶ Aratör, qui arat. { ψῆφον ḡαράσχ. ἄρον. GALL. Laboureur de terre. ITAL. Aratore. GERM. Ein zackerman. HISP. Gañan que ara la tierra. ANGL. A tiller, or plougher. } Et sumitur tam pro bove, quam pro homine boven ducente. Plin. lib.18. cap.19. Arator nisi incurvus, prævaricatur. Quod proverbi speciem habet: præcipit enim Plinius, ut arator arvum primum rectis sulcis proscindat, mox & obliquis subigat. Id fieri non potest, nisi toto corpore incumbat labori: unde & Virgilio dictus est curvus arator. Cæterum prævaricari est à recto sulco divertere. Conveniet igitur in negotium, quod absque magnis sudoribus peragi non potest. Aratores & negotiantes opponuntur apud Suet. in August. cap.42.

¶ Arabilis, es, verbale, quod arati potest. { ἄροτρος. Plin. lib.17.c.5. Contrà in Byzantio Africæ illum centena & quinquagena fruge fertilem campum, nullis quam siccus est, arabilem tauris: post imbris, vili asello.

¶ Arattro, as, five Artro, litera una per syncopen ablata, quasi atando iterò. { ἄροτρα. GALL. Labourer la terre pour la seconde fois. ITAL. Sovesciare. GERM. Widerumbeten. HISP. Arroyar à tornar à arar lo sembrado. ANGL. To till or plough over the second tyme. } Significat autem segetes jam natas rursus arando proscindere, quod impinguandi caula fit. Plin. lib.18. c.20. At illæ messes duplicatæ docuerunt quod nunc vocant aratre, i. aratriare, ut credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente calamo, quiniam iam his bina, vel terna emiserit folia.

¶ Aratrum, i, instrumentum quo aratur. { κλιοχάκρη che liabbakar. ἄροτρον. GALL. Vue Charrue. une araire. ITAL. Arattro. GERM. Ein pfug. HISP. Arada para arar. ANGL. A plough. } dictum ab Aro verbo, sicut à Lavo lavacrum, & à Simulo simulachrum. Virg.7. Æneid.

— & terram centum vertebat aratris.

Non ergo presso tellus consurgit aratru,

Tibul. lib.4. Aratrum inducere, moris fuit Romanis, quam urbem aliquam evertissent, ut eam funditus delerent. Hinc Horat. lib.1. Od. 16.

Ira Tayesten exitio gravi
Stravere, & altis urbibus ultima
Stetere causa cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

Modest. l.21. D. quib. mod. usus fruct. amitt. Si usus fructus civitati legetur, & aratrum in eam inducatur, civitas esse definit. Ex Lexico Hotomanni.

Armalchar, alio nomine Euphrates, fluvius. Plin. author.

Aroe, ἄρον, civitas Achaiæ, à cultu terræ sic dicta, alias Patræ. Steph.

Aroerni, ἄρονοι, gens bellicosa Gallorum, Steph. nimirum Averni.

Arogylus, is fuit qui primus quadrigam in Græcia iuxxit, regnante Argis Phorbante. Vide Argulus.

AROMA, ἄρομα. Lydiæ, five Maoniae oppidum est, cuius meminit Strabo lib.14. & Aethiopum urbs, Steph. & Cappadociæ, cujus meminit Cappa post Plin.

Aromata, { ἄρωμα. GERM. Spezerey. ANGL. Spices, as ginger, peper, nutmegges. } Sunt quæ vulgo splices dicuntur, vel alia etiam odoramenta. Colum. lib.12. cap.20. Deinde quum videbitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contusa, & vibrata paulatim insperges.

Aromaticus, a, um, adjec. { ἄρωμος. ANGL. Which smelleth or hath the smell of splices. } Odorem habens aromatum.

Aromatopola, { ἄρωματοπόλις. GALL. Espicier, vendeur de drogués. ITAL. Aromatario, speciale. GERM. Ein würzfrämer der gewürz und specreyen verkaufft/ ein pulverträmer. HISP. Especiero. ANGL. A seller of splices, a grocer, a spicer. } Qui aromata vendit, quem nos Aromatarius dicimus.

Aromatites, ἄρωματιτες, gemma quæ in Arabia gignitur: ita dicta, quod myrræ odorem habeat. Plin. lib.37.c.10. Aromatites & ipsa in Arabia traditur gigni: sed & in Ægypto circa Pisæ, ubique lapidosa, & myrræ coloris & odoris, ob hoc reginis frequentata. ¶ Est item Aromatites, vinum aromatibus conditum. { GERM. & GALL. Hippocras. ANGL. Hippocras wine. } Plin. lib.14. cap.13. Lautissima erant apud priscos vina myrræ odore condita. Ideo quidam aromatite delectatos maximè credunt. Hoc vini genus quo pacto confici soleat, docet Dioscor. lib.5.

Aron, ἄρον, herba est ē bulborum genere, teste Plin.lib.19.c.5. scilla proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duorum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturæ, quæ & cruda editur. Folia quoque eius in acetō decocta manduntur. Officina corrupto, ut solent, nomine Tarum appellant. Quidam ex vulgo Pedem vitulis, allii Serpentariam minorem vocant.

Apartæ, vide Magas.

Arpandes, fuit Ægypti pro Cambysè præfectus, qui possea à Dario interfectus est. Author Herod. lib.3.

¶ Arpendia, ἄρεδια. Gloss. id est, iugera. Arpennium quasi arripennium. || legitur apud Scapul, ex Hesych. πιθαρίον, iugera.

Arpi, urbs Apuliae, ut annotat Serv. in 7. Æneid. primò Argi, post Argyrippa, deinde Arpi dicta est. Vide Argyrippa.

Arpi, urbs est Apuliae, à Diomede condita, quam prius Argyroliphum, vel ut alii volunt, Argos Hippium vocavit, deinde Argyrippa dicta est. Virg. alterum p. elidit, quum inquit lib.11.

Ille urbem Argyriam patria cognomine gentis, &c.

Arpina, ἄρπινα, civitas Elidis, ab Arpina Asopi filia. Steph. Vide Olympia.

Arpina, Asopi filia, quæ ex Marte QEnomaum peperit. Steph.

Arpinum

Arpīnum, *ἀρπίνος*, Civitas inter Forum & Aquinum, porrecta in monte, ex qua orti fuere M. Cicero, Plautus Comicus, & C. Marius, qui septies Consul fuit. Unde Arpinas, atis, quod modò substantivum est, significans eum qui Arpini natus est; modò adjectivum, ea denotans, quæ ad id oppidum aliquo modo pertineant. *Cic. pro Lege Agraria*, Meus paternus avitusque fundus Arpinas. Idem ad Attic. lib. 16. In quo flexus est ad iter Arpinas.

Arquātūs, a, um, sive Arcuatus, adjectivum ab Arcus, dicitur quicquid arcus figuram ullo modo imitatur. { *ἀρχάτης*. GALL. Courbé en forme d'arc, vouté. ITAL. Inarcato. GERM. Gebogen, getrummet. HISP. Arcado, corcobado. ANGL. Crooked or bowed lyke a bove, vaulted, made archwise. } Ovid. 11. Metam.

Dixit, et arquato cælum curvamine signans.

¶ Unde opera illa quibus aqua duci solet, Arquata dicuntur, quod multis arcubus æqualiter distantibus fulciantur. ¶ Arquatus morbus est, quem regium nominant, sic dictus à colore celestis arcus, quem Poëta Irim vocant. Nam antiqui per q, Arquus scribant, quod nos per t, Arcus. Celsus lib. 3. c. 24. Æquè notus est morbus quem interdum arquatum, interdum regium nominant. Plin. lib. 2. c. 24. Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam curetur mulso. Regius autem dicitur, ut ait Ovid.

Molliter et excelsa quoniam curetur in aula.

¶ Dicuntur etiam Arquati, quos Græci ἄρχεται vocant, quod virētibus oculis arqui celestis colorem imitantur. Et dicimus Arquatum pecus, quod morbo iæterico, id est, regio laborat. Colum. lib. 7. Bilis æstivo tempore non minima pernices, potionē depellitur humanæ veteris urinæ, quæ ipsa remedio est etiam pecori arquato. ¶ Arquata cellula, quæ est in modum arcus formata.

Arquitemen. Prisc. lib. 1.

¶ Arquites, dicebant antiqui arcu præliaentes, quos nunc Sagittarios vocant. { *ἄρχηται* aschschach. rožom. GALL. Archers. ITAL. Sagittari, arcieri. GERM. Bogenschützen. HISP. Archeros, ò flecheros. ANGL. Archers, shooters. } Vide supià in dictione *Arcus*.

¶ Arquus. Non. cap. 1. Arquatus morbus dictus, qui regius, quod arquus sit concolor de virore, vel quod ita stringat corpora, ut in arcum ducat. Et eup. 5. Arcus & arquus hoc distant. Arcus enim suspensus fornic appellatur: arquus non nisi qui in cœlo appetet, quem Irim poëta dixerunt: unde & arquati dicuntur, quibus color & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Gloss. arquatus ἄρχεται. //

Arras, Regiacum, Ptolomeo Galliæ Belgicæ urbs, unde Artois, quasi Arcatois, Atrebatas. Vide *Alexia*.

¶ Arreptitiūs, qui à dæmone rapitur, qui etiam Abreptitiūs dicitur, *ἀραπτιτος*. Veteres Arreptitium dicebant larvatum, quasi à larvis arreptum. Perottus. Vide infra *Arripio*.

Arreptiō, as, are, frequentativum ab arrepo, pro quo frequentiūs Adrepo usurpat. Plin. lib. 33. c. 10. Et item nobiles Bacchus arreptantibus Satyris.

Arrha, oppidum Arabiae felicis, apud Ptol. Stephano Ἀρψα, civitas Illyriæ est.

Arrhā, & Arrhabo, nis. Id quod dari solet ad confirmationem contritus. Vide Gell. cap. 2. lib. 17. { *ἀρράβω*. GALL. Arres, denier à Dieu. ITAL. Arra, caparra. GERM. Ein haftgeli/ ein Gotspenning. HISP. Senal de la compra. ANGL. Earnest money at a bargayne making. } Plin. lib. 33. cap. 1. Argumento est consuetudo vulgi, ad sponsiones etiamnum annulo exiliante, tracta ab eo tempore quo nondum erat arrha velocior. ¶ Arrhabo, inquit Varr. pecunia est sic data ut reliquum reddatur. ¶ Arrhabo pro Obsidibus, Gell. lib. 17. cap. 2. M. Cato in L. Veturiū: Quum tantus (inquit) arrhabo penes Samnites Populi Romani esset: Arrhabonem dixit, DC. obsides; & id maluit quam pignus dicere: quoniam vis huius vocabuli in ea sententia gravior, acriorque est. Sed nunc arrhabo in sordidis verbis haberi cœptus, ac multò rectius videtur arrha: quanquam arrham quoque sepe veteres dixerint. Hæc Gellius. Aliquando idem quod pignus. Terent. in *Heaut.* Reliquit filiam adolescentulam. Ea relicta huic arrhaboni est pro illo argento. Hinc Arrho, as, à quo Subarrho, quod est arrham facio. Ambrosius: Annulo suo subarrhavit me dominus meus. Est præterea oppidum Arabiae. Sunt & qui scribunt sine aspiratione.

Arrhā, id est quod datur in emptione & venditione, in testimonium, vel signum venditionis. Sunt & arrha sponsalitiae, quas utrinque sponsus & sponsa mutuò dant in signum contrahendi matrimonii.

Arrhechi, Ἀρρέχη, gens Mæotorum, Steph.

Arrhentia, Ἀρρέντια, civitas Italie, Steph.

Arrhetium, Ἀρρέτιον, civitas Tusciae, Steph. Vide *Aretium*.

¶ Arrhēurgia, nefandum facinus. Tertull.

Arria, Romana fuit mulier (licet alii Patavinam faciant) quæ damnata Pæto marito suo, corpus gladio fodit, quem vulnere educens, ipsi Pæto querenti dedit, ut idem faceret. Mart.

Caso suo gladium quum traderet Arria Pæto,

Quem de viscerebus traxerat ipsa suis.

Vide Tacitum & Dionem.

Arr̄ianus, Ἀρριανός, Philosophus fuit Nicomediensis, qui Rōmæ Adriani temporibus floruit: à quo etiam summis honoribus eruditio[n]is nomine est affectus. Scriptor Epistoli Philosophi vitam, & Alexandri Magni historiam: quæ opera etiam hodie in bibliotheca Vaticana affervantur. Fuit etiam Poëta quidam hoc nomine, cuius versibus Tiberium Cæsarem unicè delectatum ferunt. Suet. in Tib. c. 70.

ARR̄IDEO, es, ridendo applaudo, vel risu letitiam ostendo. { *պահանջական*, պահանջական. GALL. Rire à quelque un, souffrire. ITAL. Ridere verso alcuno. GERM. Auflachen/ fröhligkeit mit dem lachen erzeugen. HISP. Reir à la risa de otro que se ríe. ANGL. To laugh, or smyle upon. } Cic. de fin. sc. 1. a. 3. Scipion. Hic leniter arridens Scipio.

¶ Accipitur & pro placebo. Idem Attico, Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displiceret. Ædes quoque mihi arridebant tuae. Plaut. Asin. sc. 1. a. 1. Si non arriderent, saltē dentes restringerent (i. ringerentur.) Idem Capt. sc. 1. a. 3. Id Flavius arrisit. Gell. c. 9. lib. 9. Arrideri & Derideri contraria. Cic. de opt. gen. orat.

Quoniam nonnullorum sermo iam increbuit, partim seipso Atticē dicere, partim neminem nostrum dicere: alteros negligamus. Satis enim his res ipsa respondet, quum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti derideantur: nam si arrideantur, esset idipsum Atticorum.

Arrisio, nis, Risus, applausus. Autor ad Heren.

Arrisor, is, Seneca Epist. 27. lib. 3. Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum divitum adrofor, & quod sequitur, arrisor, & quod duobus his adjunctum est, derisor, ut Grammaticos haberet analectas.

ARRIGO, is, arrexi, arrestū, arrigere. Ex Ad. & Rego compositum, Erigo.

Anne refert ubi, aut in quam arrigas? Suet. in August. c. 69. { *אָרִקְמַה* hekim, *אָרִקְמָה* zakaph. *לְמַעַן*, *לְמַעַן*. GALL. Dresser en haut. ITAL. Arrizare, rizzarsi. GERM. Aufstrichen/aufrechten. HISP. Enhestar lo caido. ANGL. To lift up, to apply the mynd to any thing. } Virg. 10.

Æneid. Comásque arrexit. ¶ Arrigere aliquem, sive aliquius animum, per metaphoram. Salust. Eos non paulò Marius oratione sua arrexit. ¶ Arrigere aures. Terent. in Andr. Arrige aures Pamphile. Virg. Æneid. 1. arrestisque auribus adstant. Plautus Rud. Suo mihi hic sermone Arrexit aures. Unde proverbii loco à Diogeniano refertur, Auribus arrestis, οὐ σ' ἵσσει. Quadrat in illos, qui patienter atque avidè auscultant quæ dicuntur aut expectant quid dicendum sit.

Arrestus, Participium. Virg. 1. Æneid.

Arrestusque horrore coma.

{ *אָרִקְמַה* mukám, *אָרִקְמָה* zakaph. *לְמַעַן*, *לְמַעַן*. GALL. Dresser droit, elevé. ITAL. Dirizzato. GERM. Aufgerichtet/ aufrecht. HISP. Enhestando. ANGL. Lifted up, which standeth even lifted up. }

Arrētarīus, adjektivum à participio Arrestus. { *אָרִקְמַה*. ANGL. Lifted up, which standeth even up. } Quod est arrestum. Ut assit arrestarius in cratito pariete, qui arrestus est: sicut Transversarius, qui in Transversum ponitur. Vitruv. lib. 2. c. 8. Etiam qui sunt in tectoriis operibus, rimas in iis faciunt arrestariorum & transversariorum dispositione. ¶ Arrestaria tigna στιλαν Athenteo.

ARRIPIO, is, ad me rapio, attraho, apprehendo, per vim adduco. { *אָרִקְמַה* chataph, *אָרִקְמָה* taraph. *אָרִקְמַה*, *אָרִקְמָה*. GALL. Empoigner rudement, ravir & prendre soudain. ITAL. Terre per forza. GERM. Ergriffen/ erwüischen. HISP. Arrebatar. ANGL. To gripe and pluke or drave, to me truggh forco. } Arripuit gladium. Plaut. Capt. sc. 3. a. 3. Talos arripi. Idem Cura. sc. 3. a. 2. Manum arripuit inordicus. Ibid. sc. 5. a. 1. Hocine pacto me indemnatum arripi? (pro abripi.) Ibidem. Te obstricto vallo hoc arripiam: pro abripiam, traham. Idem Amphi. sc. 4. a. 4. Arripui ensem. Ovid. 13. Metam. Cic. in Cato. Non cani, non rugæ repente autoritatem arripiere possunt, sed honestè acta superioræ fructus capit autoritatis extremos. Idem pro Sext. Qui cognomen sibi ex aliorum imaginibus arripuit. Idem 2. de nat. deor. Quærit apud Xenophontem Socrates, unde animam arripuerimus. Liv. lib. 1. Tum Tarquinius, necessitate iam cogente ultima audere, ipse multò & etate & viribus validior, medium arripit, elatimque ē Curiā, in inferiorem partem per gradus dejet. ¶ Interdum ponitur probatio evado. Plautus in Curculione. Vix me foras arripui. ¶ Ali quando pro celeriter invado. Virg. 24. Æneid.

Hanc arripe velia.

¶ Arreptitiūs, qui à dæmone rapitur, qui etiam Abreptitiūs dicitur, *ἀραπτιτος*. Veteres Arreptitium dicebant larvatum, quasi à larvis arreptum. Perottus. Vide infra *Arripio*.

Arreptiō, as, are, frequentativum ab arrepo, pro quo frequentiūs Adrepo usurpat. Plin. lib. 33. c. 10. Et item nobiles Bacchus arreptantibus Satyris.

Arrha, oppidum Arabiae felicis, apud Ptol. Stephano Ἀρψα, civitas Illyriæ est.

Arrhā, & Arrhabo, nis. Id quod dari solet ad confirmationem contritus. Vide Gell. cap. 2. lib. 17. { *ἀρράβω*. GALL. Arres, denier à Dieu. ITAL. Arra, caparra. GERM. Ein haftgeli/ ein Gotspenning. HISP. Senal de la compra. ANGL. Earnest money at a bargayne making. }

Plin. lib. 33. cap. 1. Argumento est consuetudo vulgi, ad sponsiones etiamnum annulo exiliante, tracta ab eo tempore quo nondum erat arrha velocior. ¶ Arrhabo, inquit Varr. pecunia est sic data ut reliquum reddatur. ¶ Arrhabo pro Obsidibus, Gell. lib. 17. cap. 2. M. Cato in L. Veturiū: Quum tantus (inquit) arrhabo penes Samnites Populi Romani esset: Arrhabonem dixit, DC. obsides; & id maluit quam pignus dicere: quoniam vis huius vocabuli in ea sententia gravior, acriorque est. Sed nunc arrhabo in sordidis verbis haberi cœptus, ac multò rectius videtur arrha: quanquam arrham quoque sepe veteres dixerint. Hæc Gellius. Aliquando idem quod pignus. Terent. in *Heaut.* Reliquit filiam adolescentulam. Ea relicta huic arrhaboni est pro illo argento. Hinc Arrho, as, à quo Subarrho, quod est arrham facio. Ambrosius: Annulo suo subarrhavit me dominus meus. Est præterea oppidum Arabiae. Sunt & qui scribunt sine aspiratione.

Arrōdo, is, arrosi, Rodo, circumrodo. { *אָרִקְמַה* rabib, *אָרִקְמָה* rōmā. GALL. Ronger à l'entour. ITAL. Rodere alcanto. GERM. Benagen/ umbenagen. HISP. Mucho roer o enderredor. ANGL. To gnaw on. } Plin. lib. 11. cap. 39. Semina arroſa condunt formicæ, ne ruisus in fruges exeat è terra. ¶ Arrodere Reimplicanam, per translationem. Cicer. pro Sextio. Quoniam id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vespreculis extracta nitedula Remp. niteretur arrodere.

ARRÉGO, is, Assumo, vendico, plus satis mihi tribuo. { *אָרִקְמַה* naša, *אָרִקְמָה* la'ac. *אָרִקְמַה* iaw'el, *אָרִקְמָה* iaw'el. GALL. S' attribuer trop. ITAL. Attribuirsi troppo. GERM. Im selbs jumeß'n im selbs züchreib'n. HISP. Attribuirse, à attribuir à si lo que no tiene. ANGL. To attribut much, to him self, to clayme. } Huic opponitur Derogo. Cic. pro Sexto Roscio. Non enim tantum mihi derogo (tametsi nihil arrogo) ut te copiosius putem quam me, posse dicere. Hieronymus in Esdra: Interrogent Hebraeos, & ipsis authoribus translationi meæ vel arrogent, vel derogent fidem. Cic. 7. Philip. Ego itaque pacis (ut ita dicam) alumnus, qui quantuscunque sum (nihil enim mihi arrogo) sine pace civili certe non fuissim. ¶ Ponitur aliquando pro adopto, & filium facio. { *אָרִקְמַה* lakach lebin. eis māq. GALL. Adopter, & prendre quelqu'un à fils. ITAL. Adottare uno per figliolo. GERM. Einem an findes statt aufnehmen. HISP. Adoptar el emancipado. ANGL. To a lope or take for his son. } Hinc fit arrogatio, quæ est quum quis voluntate & iussu populi asciscit sibi in locum filii eum, qui sui iuris erat. Dicitur autem arrogatio, quod & populus rogabatur, vellētne eum, qui arrogandus erat, ita filium iure legique esse adoptantis, atque si ex eo & eius matrem. natus esset, & præterea is qui arrogabatur, &c. Vide Gell. lib. 3. cap. 19. ¶ Arrogare dictatorem consuli, id est, præficiere. Liv. 7. ab Vrb. Inter cetera tristia eius anni, eos, alter Ap. Claudius in ipso bellum apparatu moritur, redierantque res ad Camillum: cui unico eos, vel ob aliam dignationem haud subjiciendam Dictaturæ, vel ob omen faustum ad Gallicum tumultum cognominis, Dictatorem arrogari haud satis decorum visum est Patribus Dictatorem creari, cum ipse esset Consul.

Adrogatio, seu Arrogatio, ex Gellio lib. 5. cap. 19. Adoptio fit per Prætorem,

torem, Arrogatio per populum. Item adoptatur, qui est in patris sui potestate: Arrogatur qui sui iuris erat.
Arrogans, qui sibi temerè atque insolenter tribuit quæ in se non sunt, insolens. { ἀρρογή. GALL. Arrogant, presumptuous, outre-cuidé. ITAL. Arrogante, presumptuous. GERM. Vermassen/ Der vil auss sich selbs halt/stoltz. HISP. Soberuo, el que se attribuye lo que n' tiene ni merece. ANGL. Arrogant, presumptuous, prudefull. } Cæsar. 3. bell. Civ. Statuerat enim hos prius iudicio populi debere restituì, quām suo beneficio videri receptos, ne aut ingratius in ferenda gratia, aut arrogans in præcipiendo populi beneficio videretur. Arist. in Ethicis: Arrogans præclarus, & ea quæ non insunt, & maiora quām insint, sibi fingit. Dissimilator verò aut inesse sibi negat, aut immunit. ¶ Arrogans minoribus, id est, erga inferiores. Tacit. lib. 11. Adversus superiores tristi adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis.

Arrogantiæ, vitium est, quum sibi aliquis in fortunæ, aut animi bonis plus tribuit, quām oporteat. Superbia, insolentia. { ἀρρογή. GALL. Arrogance, presumption, outrecuidance. ITAL. Arrogantia, presumption. GERM. Vermassenheit/ übermütigkeit. HISP. Presumption y soberbia. ANGL. Arrogance, presumption, prude, tlayaing much to himself. } Cæsar 3. bell. civil. Accidisse igitur his, quod plerunque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere solet, ut eò recurrent, & id cupidissimè petant, quod paulo antè contemperint. ¶ Arrogantia pro temeritate violata legis, apud Zenonem Imp. in l. unic. c. de priu. care. Est autem arrogantia ferè idem quod superbia: hoc tamen interest, quòd superbia ex divitiis oritur, arrogantia autem in paupertate esse potest. Vide infra vocem Superbia.

Arrōgantē, adverbium, superbè. { ἀρρογός εἰς. GALL. Arrogamment, presumptuosement. ITAL. Arrogantemente, presumptuosamente. GERM. Vermassenlich/ übermütiglich. HISP. Presumptuosamente y soberbiamente. ANGL. Prydfullie, presumptuouslie. } Cic. 2. de Orat. Si asperè, si arroganter, si turpiter, si sordide, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videatur.

Arrhostēma, tis, vel Arrhostia, æ, { ἄρρηστημα. GALL. Maladie. ITAL. Malattia. GERM. Rankeheit. HISP. Enfermedad. ANGL. Sicknesse. } Latinè ægrotatio, ab æpposita, ægrotō. ¶ Arrhostos, æppositæ, ægrotus. Cic. 4. Tusc. Deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis æppositæ, hīsque item oppositæ contrariae offendiones.

Arunis, vide Aruns.

Arrugia, Cuniculus subterraneus, ex quo effoditur aurum. { χειρουργία. GALL. Mine d'or, lién sous terre d'où on tire l'or. ITAL. Fossa donde se cava l'oro. GERM. Goldgrub. HISP. Mina de donde se saca el oro. ANGL. Goldmine. } Vide Plin. lib. 33. cap. 4.

Arrhyba, æpposita, & gentile Arrhybas. Stephanus, nec aliud addit. Ars, { מְלָכָה melachah, דָקָת dakath. } GALL. Art, science, mestier, industrie. ITAL. & HISP. Arte. GERM. Ein Kunst. ANGL. Craft, or art, occupation a trade of living. } Multipliciter dicitur: Nam quædam est ars, quæ in speculazione tantum consistit, ut Astrologia: & hæc Theorice, id est, speculativa dicitur, nullum exigens actum, sed ipso rei, cuius studium haberet, intellectu contenta. Quædam in agendo, quæ actu perficitur, & Practice, id est, activa dicitur, ut saltatio. Quædam in effectu, quæ operis, quod oculis subjicitur, consummationem, id est, finem accipit, qualis est pictura: & sic definitur, Ars est recta ratio rerum faciendarum. Dicta ars dñs ἡ ἀρτη, id est, à virtute, quam Graci uniuscuiusque scientiam vocant. Ars apud veteres pro virtute. Diomed. lib. 1.

Imus ad insignes urbis ab arte viros

(i. doctrina.) Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Sive per ingenuas aliquis caput extulit artes.

Idem Eleg. 8. lib. 1. Trist.

Non hac ingenio, non hac componimus arte.

Idem Eleg. 1. lib. 5. Trist.

Inque bonas artes, & tua sacra redi (id est, ad poësin.)

Idem Eleg. 7. lib. 1. Trist.

Hic artem nandi precipit, ille Trochi.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Artis opes tanta Vulcani.

Idem 15. Metam. Cœpit artem ludicram facere. Plaut. Aul. sc. 3. a. 4. ¶ Est etiam Ars, quæ constat ex præceptorum collectione, ab Arcto, as, quod arctis præceptis, id est, angustis, & brevibus concludatur, ut est Ars Servii, Ars Donati, Ars Prisciani. ¶ Ars etiam astutia, sive sit in virtute, sive in vito, dicitur, qua quis non facile falli, sed magis alias fallere potest, quæ Græcè quoque dicitur τέχνη. Virg. 2. Æneid.

Dolis instructus & arte Pelaſga.

Aliqua perducet callidus arte.

Ovid. 13. Metam.

Nam te non alius belli tenet aptius artes.

Tibul. lib. 4.

Exceptis, &c. solis

Artibus (amandi scil.) artifici quæ nocuere suo.

Ovid. Eleg. ult. lib. 3. Trist. Cui tria gaudia dem artibus tribus (i. dolis.) Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2. Paret autem, & disciplinam (meretriciam) obtineat (i. sit impudens in perneggando.) Idem Mil. sc. 2. a. 2. Ilicet parasiticæ arti in malam crucem. Idem Capt. sc. 1. a. 3. His artibus vitam quæsuit Codrus, quibus ab ignavis vita quæsi solet. Velleius, Malis artibus popularem esse. Livius lib. 2. ab Urbe. Ab Ars sunt composita, Iners, Solers, Artifex, & diminutivum Articula, τέχνη. ¶ Caput artis est docere quid facias: quo utitur Quintil. lib. Instir. Orat. 11. Id usurpare licet non solum ubi quid fieri parum decorè, verūmetiam quum negabimus quibuslibet quidvis esse decorum.

¶ Duodecim artium, δωδεκαπέντε, appellabant callidum, versutum, versipellem, vafrum, ac variis instructum dolis. ¶ In dolio figurarem artem discere, καὶ πέποντες, μεγάρον. De iis qui protinus maximis in rebus artifici sui capiunt experimentum, quum paulatim à minutis ad summa proficiunt conueniat. Neque enim figulus statim

à dolio, id est, vase maximo artem auspiciatur, sed à pusilliis quibusdam vasculis, in quibus non sit grave dispendium, si quid secus accidat. Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Locus est Cic. Tusc. quest. lib. 1: quo admonemur, ut quarum rerum sumus periti, in his dumtaxat disputandi tractandisque versemur: quārum vero sumus rudes, eas doctioribus concedamus, neque professionem alienam nobis vindicemus, neque in messem aliammittamus falcam, neve futores ultra crepidam iudicemus. ¶ Ars ipsa inopia portus est mortalibus. Λαζαρίας εἰς την αὐτούντια, hoc est, Unicum confugium in egestate est ars. ¶ Simile hoc est, Artes quævis alii terra, τοῦ νεκροῦ, ναὶ μὲν γειτοφ. Quo significatum est, certissimum viaticum esse exditionem, aut artificium aliquod. ¶ Ars est similium comprehensionum congeries, quæ ad finem quandam vitæ commodum referri possunt. Vel sic: Ars est comprehensionum similium adjectio, quæ ad finem unum referuntur. Gal. de defin. Ars carum rerum est, quæ sciuntur. Cic. 2. de Orat. ¶ Ars medica, ab Hippocr. in lib. de Arte, sic definitur, medicinam hoc nomine appellante, ut sit quæ à morbis & ægritudinibus liberat affectos, & laborantes graviter, & vehementiores morborum impetus sedat: & ne malefactis admoliantur, monet: scientes, hæc omnia medicinam præstare posse. ¶ Sunt & alii non pauci, qui sic definierunt, Medicina est ars non minus sanitati iuvandæ, atque morbis sanandis accommoda. Gal. de defin.

¶ Arsenal, navale armamentarium. Lex. gr. b. ¶

Artifex, qui artem aliquam exercet, aut novit: dictus quod arte quipiam faciat. { άρτον. ἀρτεψίας τεχνική. GALL. Ouvrier. ITAL. Artefice. GERM. Ein Künstler/ ein handwerksman. HISP. Hacedor de algun arte o obra. ANGL. A craftsman, or workman. } Cic. 4. Acad. Quem si subtraxeris, qui distinguere artificem ab infuso? Imperator artifex omnium quæ pugna poscit. Quint.

Siscipis, exceptis et quid mea carnina solis

Artibus (amandi) artifici quæ nocuere suo.

Ovid. Eleg. ult. lib. 3. Trist. Item Artifex decollandi. Suet. in Calig. c. 32. Quint. lib. 1. c. 14. Artifex est, qui præcipit artem. Festus, Artifices dicti, quod scientiam suam per artus exercent, sive quod aptè opera inter se arcent, qua ex causa etiam Artes appellatae sunt. ¶ Dicendi artifices & Doctores Græci, Cicero. 1. de Orat. Artifex statuarum Quintil. lib. 5. cap. 12.

Artificium, Ars & scientia: { תְּכִינָה melachah, תְּכִינָה dabath. } GALL. Artifice, fine, ruse. ITAL. Artificio. GERM. Ein Künstler/ ein handwerker. HISP. Arte para hazer alguna cosa. ANGL. Trade or occupation, deceat guile. } Cæs. 7. bell. Gall. Neque acie vicisse Romanos, sed artificio quodam, & scientia oppugnationis. Cic. Pro Cluent. Nisi forte hæc causa est, quod Medici nihil præter artificium, Oratores etiam autoritatem præstare debent. Artificium pro fraude, dolo, l. 15. §. ult. ff. de excus. l. ult. §. ult. ff. de suspect. tutor. Cic. Attic. Quorum artificiis effectum est, ut Respublica in hunc statum perveniret. Idem 4. Verr. Audit hæc etiam Verres, & primo illo suo leviore artificio Heraclitum aggredi conatur.

Artificiosus, a, um, plenus artificio. { τεχνικός. GALL. Artificieux, ingénieur, fait de main de maître. ITAL. Artificiose. GERM. Kunstreicher. HISP. Artificiose, cosa mucho hecha por arte. ANGL. Ingenious, creative, cunningly made. } Cic. de finib. Epicurus autem, ut opinor, nec non vult, si possit, planè & aperte loqui, nec de re obscura, ut Physici: aut artificiosa, ut Mathematici, &c. Sic artificiosa eloquentia, apud eundem de Inventione. ¶ Dicitur & Artificiosus, qui aliquid arte facit. Cic. 2. de nat. Deor. Zeno igitur naturam ita definit, ut eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum.

Artificiosè, adverbium. { τεχνικώς. GALL. Artificieusement, avec art. ITAL. Artificiosamente, ingeniosamente. GERM. Kunstreicher. HISP. Artificialmente. ANGL. Skilfullie, cunningly made ingeniouslie, wormanlie. } Cic. de Orat. Nulli fuerunt, qui illa artificiosa digesta, generatim comparent.

Artificialis, e, quod arte factum est. { τεχνικός. GALL. Fait d'art, artificiel. ITAL. Artificiale. GERM. Das von Kunst gemacht ist. HISP. Cosa que se haze è que se puede hazer por arte. ANGL. Artificial, made by art and skill. } Huius compositum, & antitheton est, Inartificialis, qui arte caret, τεχνητος. Quintil. lib. 5. cap. 5. Aliis probationibus æquè inartificialibus soluitur.

Artificialiter, adverbium, Artificiosè, τεχνικώς, cui opponitur Inartificialiter, τεχνητος, hoc est sine arte. Idem lib. 2. c. 8. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re aliis se inartificialiter, aliis artificialiter gerat.

Artitus, dicitur bonis artibus instructus. Fest.

Arsaces, ἀρσαῖς, Nomen proprium Parthorum regis, cuius memoria hunc honorem Parthi tribuerunt, propter quæsum, constitutumque ab eo regnum, ut omnes deinde reges suos Arsaces appellaverint, quemadmodum Ægyptii reges suos vocaverunt Ptolemæos. Quis & Parthi ipsi ab eo dicti sunt Arsaciæ.

Arsacia, ἀρσαῖα, prius vocata Europus, urbs est in Media, sic à Parthis appellata. Strab. lib. 11.

Arsanca, urbs Germania, Ptolomæo.

Arlanias, αρλανία, fluvius est Armeniæ, qui cum Tigri circitet quætutor passuum millia fluit: deinde divisus, in Euphratem illabitur. Meminit huius fluvii Plin. lib. 4. c. 24.

¶ Arte verbe, ignem averte significat, Tuscorum lingua, ut ait Festus. ¶ Antiqui ea verba superstitione ostiis Dæmonum inscribant ad incendia deprecanda.

Arsenicum, i. { δέσμην. GALL. Orpin, arsenic. ITAL. Arsenico, orpimento. GERM. Arsenit. HISP. Oropimento. ANGL. Arsenike, colour called orpin. } Genus est coloris lutei, quod à Plinio Auripigmentum vocatur, eo quod in picturis auii colorem referat. Duo eius sunt genera, nativum, & factitium. Nativum ursus est duplex, alterum crassofusum & in squamas scissile, aureo colore micans, nullique materie permixtum. Hoc à nonnullis vocatur Foliatum. Huic generis magnam vim Caius princeps aurum avidissimus excoqui iussit, & fecit planè aurum excellens, sed tam exiguum ut detinendum sentiret. Alterum genus glandis effigie, pallidius, & colore sandarachum referens,

ferens. Hoc ignobilius est, nullumque ex eo exequitur aurum. Sæpe in eadem invenitur gleba cum sandaracha: à qua solo colore differt & coctione, vim alioqui eandem habens. Ex hac specie fit Arsenicum factitium: quod quo pacto fiat, vide apud Diosc. lib. 5.

Arsenogonon, ἄρσενον, herba ferens semen testibus simile: ita dicta quod vino in quo macerata sit, epoto, mares generari credantur: quemadmodum Thelygono foeminae. Autor Plin. lib. 26. cap. vlt.

Arsenothelcas, ἄρσηνθέας, Deos antiqui dixerunt, utriusque sexus participatione, quasi masculo-fœmineos. Quo nomine quædam animalia ab Aristotele nominantur semetipsa incunia.

Arsenaria, ἄρσενια Ptolomæo, Mauritaniae Cæsareensis colonia, tribus passuum milibus à mari sita. Recensetur à Plin. lib. 5. c. 2. & à Ptol. lib. 4. cap. 2.

Arsenium, ἄρσεν, Germaniaæ oppidum apud Ptolomæum lib. 2. c. 11.

|| Arsineum, ornamentum capitis muliebris. Ita Fest. Glos. Græcol. habet arsicum, ἄρσεν.

Arsia, Hetruscorum sylva fuit, Rom. cum Vicentibus & Hetruscis pugnâ celebris.

Arsicina, urbs Germaniaæ. Ptol. hodie Brunna.

Arsicoras, Sardorum rex tempore Annibal, ut scribit Liv.

Arsinoe, ἀρσίνη, fuit filia Ptolomæi, Lagi filii, qui Ægyptum post Alexandrum tenuit, & uxor Lysimachi regis Macedoniae, forma præstantissima: à cuius nomine Ptolemaeus Philadelphus eius frater urbem condidit in Cyrenaica regione.

Arsis, ἄρση, Latinè vocis elevatio: sicut & ictus, positio vocis: ut, Arma: ar, elevatio est: ma, positio. In his duobus per divisionem pedes legitimi colliguntur.

Arsonium, urbs Germaniaæ. Ptol.

Arslus lucus, sive nemus. Plut. in Vales.

Arfsyia, ἄρψια, regio Psyrorum, & Chii. Steph.

Arleverse, Averte ignem significat. Tuscorum enim lingua Arse, averte; Verse, ignem constat appellari. Unde Afranius ait, Inscriptus alias in ostio, Arseversus. Festus.

Artabānus, ἄρταβας, ultimus Arsacidarum fuit Parthorum rex, quem Artaxerxes miles Persa interemit, suisque regnum restituit, quod post Darium regem ab Alexandro victum semper penes Parthos fuerat. ¶ Fuit & alter Artabanus Hyrcaspis filius, & patruus Xerxis, quem expeditionem in Græciam parantem frustrâ conatus est ab instituto revocare. In ipsa quoque expeditione quum Regis consilia identidem improbare videretur, veluti militiae inutilis, ad regni administrationem in Persidem remissus est, ubi postea Xerxem obtruncavit. Vide Herod. lib. 7. & Iustinum lib. 3.

Artaba, æ, sive Artabe, es, ἄρταβη, mensura frumentaria apud Persas capiens Atticum medium, & chœnicas tres. Author Herodot. lib. 1.

Artabazus, ἄρταβαζος, Armeniæ rex fuit, filius Mithridatis, vir in tam remota barbaria omnium tamen litterarum peritissimus. Hic quod exercitum Antonii Parthis prodidisset, ab eo Alexandria ad lumbrium per urbem circunductus, tandem in carcere necatus est. ¶ Fuit & alter hoc nomine ex ducibus Xerxis, qui re infeliciter adversus Græcos gesta, cum paucis suorum effugit: de hoc Herod. lib. 9.

Artabicia, inter insulas Propontidis à Stephano numeratur.

Artabri, orum, ἄρταβοι, Hispaniæ populi in extremis finibus Lusitanis, ad Septentrionem & Occasum, auro, argento, & stanno abundantes: ita dicti ab Artabo vicino promontorio. Meminit horum Strabo lib. 3.

Artaca, sive Artace, ἄρτακη, in Cyzicenorum insula mons est arboribus plenus, in fronte habens quandam parvam insulam eodem nomine: propè est promontorium, quod Nigri appellatur, id in præternavigatione est è Cyzico Priapum delatis. Hæc Strabo lib. 12. & 13. ¶ Et etiam Artace Stephano Phrygiæ oppidum, Milesiorum colonia: quod tamen Ptol. lib. 5. c. 1. villam appellat, Plin. portum.

Artacena, ὄρανθινη, regio est Syriæ, Lyco & Capro flaviis irrigata, in qua Darium ab Alexandro victum fuisse tradit Strabo in princ. lib. 16.

Artachæs, ἄρταχαιη, unus fuit ex ducibus Xerxianis, totius exercitus, uno Rege excepto, procerissimus, quippe cui ad statuam quinque cubitorum, quatuor tantum digitorum deerat latitudo. Hunc apud Acanthum (ubi fossæ ducendæ præserat) fato functum Xerxes eximo sepulturæ honore est prosequutus.

Artacia, fontis nomen Homero lib. 10. Odyss.

Nobilis Artacia irrigat unda. Tibul. lib. 4.

Artaxatæ, orum, ἄρταξα, clavis Armeniae urbs, ad Araxem amnem sita, quam Annibal Artaxiæ regi condidit, à quo & nomen accepit. Alio nomine Artaxiasota, ἄρταξασότη appellata, teste Strabone lib. 11.

Artaphernes, ἄρταφερης, Hyrcaspis filius fuit, & frater Darii, & primus Sardium præfector, qui apud Marathon debellatus fuit, ut scribit Herod. lib. hist. 7.

Artaxerxes, ἄρταξερξης, nomen proprium Xerxis filii, qui Longimanus dictus fuit, quoniam manum alteram haberet longiorem. Hic ex concubinis, cxv. filios suscepisse traditur, & ex legitimo matrimonio tres, Darius, Ochum, Ariathen: quorum Darius à patre Rex declaratus, levem ob causam cum quinquaginta ex fratribus adversus cum rebellavit: qui postea separati, ad unum omnes cum uxoris & liberis iussu regis sunt interfici. Ab hoc profecta est celebris illa sententia, Beneficium addere longè magis regale esse, quam auferre. Fuit & aliis Artaxerxes, Cyri junioris frater, cognomento Memor. Huic quum pauper quidam malum ingentis magnitudinis obtulisset, iuendè suscepit. Per Solem, inquiens, hic is mihi videtur, quem urbem quoque ex parva magnam reddere posse existimem.

Artayctes, ἄρταγτης, Persa fuit, Sesti præfector sub Xerxe, qui quum multa nefariæ perpetrasset, tandem à Xantippo Atheniensium duce captus, vivus palo suffixus est. Herod. lib. 7.

Arteata, ἄρτα, æ, Gens fuit Persica, ita dicta ab Arteia Persidis regione: de qua Steph. lib. 1.

Artembaræ, ἄρτιμος, vir in primis clarus inter Medos, cuius filius

quum à Cyro adhuc puero, & incognito iniuria affectus esset, Artembaræ eum apud Astyagem accusans, occasionem præbuit, ut regius puer, & Astyagis nepos agnosceretur. Herod. lib. 1.

Artemidorus, ἄρτεμιδορος, Cnidius Philosophus fuit, Bruto familiaris: qui quum conjurationis in Cæsarem factus esset particeps, oblato Cæsari libello, rem ordine exposuit: sed ita iam urgente fato cecidit, ut Cæsar libellum, tanquam alio tempore lucturus, in sinum reiceret, qui postea ipso interfecto inventus est. ¶ Fuit & alter Artemidorus, Philosophus Daldianus (est autem Daldis Lydiæ civitas) qui de somniis, auspiciis, & chiromantia libros quatuor conscripsit. ¶ Suidas præterea alium quendam Artemidorum commemorat, cognomento Pseudaristophanem, qui rei culinarie voces congregavit. **Artemis**, ἄρτη, Diana, sive Luna, quasi ἄργος, id est, aërem secans, ut quidam volunt: vel quod integros faciat partus. Strabo lib. 14.

Artemisia, ἄρτεμισια, Mausoli Cariæ regis uxor, quæ insignis pudicitia fuisse perhibetur, & virum ultra humanæ affectionis fidem amasse creditur. Nam & mortui cineres vino commiso ebibit: & memoria eius tam splendidum erexit sepulchrum, ut magnifica omnia monumenta, Mausolea deinceps ab illius nomine fuerint appellata. Vide Gell. cap. 18. lib. 10.

Artemisia, herba insignis, absinthii modo fruticosa, maioribus foliis pinguioribusque: cuius duo sunt genera, alterum latioribus foliis, alterum minoribus & tenerioribus, non nisi in locis maritimis nascens. ¶ **GALL.** Armoise. **ITAL.** Artemisia. **GERM.** Beyfus/ Bucken. **HISP.** Artemisa. ¶ Artemisiam autem vocaram existimant ab Artemisia Mausoli regis uxore, quæ eam adoptando sibi cognomen fecit. **ANGL.** Mugwort. } Nomen accepisse putatur ab Artemisia regina, quum antea Parthenis diceretur. Alii ab Artemide cognominatam putant, hoc est, à Diana, quæ ἄρτη dicitur, quod ea huius herbæ vires prima ostenderit: & quemadmodum Dea illa invocata parturientibus adesse solebat, sic herba hæc Deæ huius beneficio, malis mulierum medetur, menses secundos fœtusque trahendo, & matris conclusiones, & inflammations sanando. Vide Plin. lib. 25. cap. 7.

Artemisium, ἄρτεμισιον, ut Demosthenes pro Ctesiphonte docet, promontorium Eubœæ est. Artemisium item locus est prope Ariciam, Diana sacer, quasi Dianum dictum: Latini nemus, & agrum vicinum Nemorensem dixerunt, unde & Nemorensis rex dictus est sacerdos illius regionis. Vide Plutarch. in Themist.

Artemisius, ἄρτεμιν, apud Macedonas mensis Maius dicitur: quo nomine etiam vocatur mons Arcadiæ. Plin. lib. 4. cap. 6.

Artemita, ἄρτεμιτη, ḥ ἄρτεμιτη, insula Tusciaæ, iuxta Thaliam insulam: Straboni civitas est iuxta Parthyæorum. Artemidorus Cherronesum circa ostia Archeloi sic vocari scribit. ¶ Est etiam insula prope Oxeas insulas. Steph.

Artemite, ἄρτεμιτη, insignis est civitas, quingentis stadiis à Seleucia distans. Autor est Strabo lib. 15. Alii dicunt insulam Ortygiæ proximam, quam vocant Celadusam.

Artemius, ἄρτεμιος, Roma fuit præfector carceris, qui unâ cum uxore Candida, & Paulina filia iacent in via Aurelia, martyres sub Adriano principi. Author Volater.

Artemôn, onis. ¶ **ἀρτημων**. GERM. Ein gattung eines sagels. ANGL. A tru'e or pullie in rohere in xopes, do ranne, also an instrument which has troules as a crayne also the sayle a shipe. } Quid sit, inter eruditos non satis convenit. Basyus credit esse velum maximum in navi, eo argumento fretus, quod etiam hodie Veneti maximum navis velum hoc nomine vocant. Alciatus verò credit esse velum addititum, quod scilicet maiori velo additur & assuitur dirigenda navis causâ. Nam Græci ορτεων dicunt assuere, vel appendere: ἄρτη appendix. Alii verò volunt esse navis antennam, ex qua velum suspenditur. Vitruv. lib. 10. docet Artemonem esse, quam nostri Trochleari, ITAL. Traglia, Græci ιπτελητη vocant. Hac autem in navibus funes ductarii trahuntur, & armamenta explicantur, ut meritò additamentum magis, quam pars navis esse videatur. Ait idem scriptor, machinas id genus tractorias ad onerandas naves esse accommodatas, fierique his trochleis navium subductions.

Artemon, Medicus, quem Plin. lib. 28. c. 1. ex homini cremati calvaria aquam propinalie scribit adversus morbum comitiale. ¶ Alius item pictor nobilis fuit, cuius opera enumerat Plin. lib. 35. cap. 11. ¶ Artemon præterea Syrus quidam fuit ex infima plebe, Antiocho regi adeò similis, ut Laodice, necato Antiocho, regni successionem per eum fuerit adepta, ut tradit idem Plin. lib. 27. cap. 12. ¶ Alius fuit Artemon adolescens certatim adamatus à mulieribus ob insignem formam. Vnde locus factus proverbio, Versatilis Artemon, ο τελεον δηριων, de iis dici solitum, quorum gratiâ vehementer decertatur.

Artemonē, ἄρτεμονη, apud Plautum dicta est mulier quædam, ab ορτεω perficio, quod perficeret quæ vellet, quod esset egregie dotata.

¶ **Arteres**, ἄρτηρες (apud Artemidorum lib. 1. cap. 27.) dici videntur pondera, quæ ad ejaculationem in altum elata, priùs evibrantur; ηνητη σι ει, à tollendo. Est exercitii genus, ad manuum agilitatem. Hadr. Iun. in Nomencl. ¶

Arteriæ, vena vitalis, seu semita, in qua est vitalis spiritus. ¶ בְּרַכְלֶתֶת בְּרַכְלֶתֶת. GALL. Artere. ITAL. Arteria, la canne de la gola, strozza. GERM. Ein pulsader. HISP. Donde passa el ayre. ANGL. An arterie or vayne wherein vitale spirite miyed blonde doth runn in the bodie. ¶ Plin. lib. 11. cap. 37. Inter hos latent arteriæ, id est, spiritus semita. Gell. lib. 3. c. 10. & lib. 17. cap. 11. & lib. 18. cap. 10. Arteria est, inquit, conceptaculum spiritus naturalis misti confusione cum sanguine, in quo plus spiritus est, & minus sanguinis, quæ motu atque pulsu habitum & modum febrium demonstrat. Antiqui arterias vocant. Super arterias locantur venæ, præterquam in dorso, in quo magna arteria est posita super venam. Læduntur arteriæ si antequam vox bene permulsa est, acri clamore compleantur. Ergo intervallis longioribus uti convenient, recreatur enim spiritu vox, & arteriæ reticendo acquiescent. ¶ Ponitur quandoque vena pro arteria. Persius,